UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv. Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

Visual Library

Th. 5900.

Q VI. 24.

SS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex legato Celsi Principis Ferdin. Dei Paderb. et Monast. Anno 1683

ATHANASII KIRCHERI
FVLDENSIS BVCHONII
E SOC. IESV.

PRODROMVS
COPTVS SIVE ÆGYPTIACVS.

Ad

Eminentiss: Principem S. R. E. Cardinalem
FRANCISCVM BARBERINVM.

in quo

Cùm linguæ Coptæ, siue Aegyptiacæ, quondam Pharaonicæ, origo, ætas, vicissitudo, inclinatio; tùm hieroglyphicæ literaturæ instauratio, vti per varia variarum eruditionum, interpretationumque difficillimarum specimina, ita noua quoque & insolita methodo exhibentur.

Collegii Soc. Iesu Paderbornæ.

Μηδὲν κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται

Μηδὲν κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται Λυκ. ιβ.

Romæ. Typis S. Cong: de propag: Fide. 1636.

Superiorum permissu.

Eminentissimo Principi

FRANCISCO CARD: BARBERINO

S.R.E. Vicecancellario

ATHANASIVS KIRCHERVS

è Soc: IESV

perpetuam felicitatem.

IAcienda est, Eminentisime Princeps, mihi penè dixerim inuito, existimationis alea; dum hasce Coptæ, seu AEgyptiacæ linguæ primitias, sub Eminentisimi Nominis tui splendore mentis oculorumque arbitrio committo, æqua atque iniqua variorum iudicia non iniquo animo præstolaturus. Et latuissent illa sanè cum suo Authore, sicuti reliqua omnia, quæ de priscâ, atque hucusque incognitâ AEgyptiorum symbolicâ sapiẽtiâ indefesso studio, conatu pertinaci, iam compararam supellectilia; nisi officiosa amicorum importunitas, armata deprecatio & amica quædam vis, quotidiana penè expostulatione de manibus extorsisset. Quorum ego, si authoritatẽ æquè ac rationes eneruare valuissem, animum meum procul du-

bio obfirmassem, priuataque delectatione contentus illud Antigenidæ vsurpassem: *Intus mihi cano & musis.* Nam quod nõnulli cõmemorabant, vestigium aliquod relinquẽdum esse, quo me posteritati vixisse testarer; ne totus morerer, magnaq; pars mei vitaret libitinam; nihil admodum me commouebat, cui sola nominis immortalitas nimis exile præmium tantorum laborum semper est visa. Memineram etiam prẹclarè illud à Seuerino Boetio, sapienterque pronunciatum.

Quod si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura Numinis.
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies
Iam vos secunda mors manet.

Porrò si gloriæ posteritatisque recordationi velificandum est, aliud à Propheta Regio viris Religiosis æquor aperitur, vt assidua nimirum virtutum solidarum, exercitatione, atque apparentium bonorum contemptu, nunquam interituram nominis immortalitatem consectentur: In memoria enim æterna iustum fore, diuino illius vaticinio, multò iam ante didiceram. Plus igitur aliquantò eorum rationes videbantur momenti, qui neminem sibi vni natum esse contendebant; ac proinde quæ quis talenta à Deo O. M. sibi concredita assecutus

esset

esset publica luce aliorum iudicio non indigna, publico nequaquam inuidenda. Sed habebam tamen non pauca quæ his opponerem; ac primum quidem tenuitatis meæ mihi conscius, non satis incorruptum Iudicem esse arbitrabar amicorum in me beneuolentiam. Quin & continuò illud animo obuersabatur meo: quis leget hæc? aut si legere possit. quis animum, linguas adeò peregrinas, tantumque ab orbe nostro remotas vt intelligat, adijciet? Neque enim ignorabam acria Criticorum ætatis huius ingenia, & Aristarchis suis hoc sæculum abundare. Nam si presso pede eorum, qui de rebus maximè arduis scripserunt vestigijs institero, styli barbariem seuerioribus obeliscis mox iugulabunt: sin aliquantò liberiùs in philologiæ campos excurrero, rebus grauioribus verborum ampullis fucum obducendo, iniuriam me facere dictitabunt. Hisce rationibus hoc apud amicos agebam, vt nihil agerem Neque tamen idcirco verborum lenocinia, fucosque, & calamistra in materia graui difficilique sum sectatus; hanc hederam scriptis suis appendant licet, qui re totâ sunt destituti; nobis difficilium, rerumque abditarum inquisitio, natiuo suo cultu castiùs videtur nitere.

Plus itaque omnibus hisce honoris Dei, in quem

vni-

vnicum collimabam, & boni publici cura poterat, qua factum est, vt ego, qui popularem auram nunquam magni æstimaui: ne maledicentiæ quidem fluctus, declinare latendo potuerim, & cùm negotij nil fuerit silendo sapientem videri, nunc in eam me palæstram dederim in qua non rarò, vt cum Comico loquar, existimationis damno *desudascitur*. Verùm in hac ambiguâ mentis luctâ, me reficit, ac restaurat vnicum Eminentissimi Nominis tui patrociniũ; cuius eximio splendore frontem huius operis vt insignirem, varijs sum rationibus adductus. Imprimis quia Eminentia tua, vt huiusmodi aggrederer, iussit; vt auderem, animauit; vt possem, necessaria suppeditauit; vt feruentius progrederer, stimulũ addidit tuus in reconditis literaturis inuestigãdis ingẽs cura, & studiũ incredibile; vt demum cautè agerem & considerate, tùm in ijs percẽsendis, acerrimum permouit iudicium, aliæque virtutes, quæ quantæ sint, malim silentio prædicare, quàm, vt quondam de Augusto dicebat Suetonius, parcè & ieiunè attingere. Accessit hisce demum omnibus, singularis tuus in Societatem nostram affectus, cui tametsi ex æquo me respondere posse diffidam, in parte tamen gratiarum reponendum est, non ingratum esse conari.

His

His igitur rationibus motus ecce Prodromus iste Coptus seu AEgyptiacus, tandem post diuturna itineris difficilis pericula, laboresq; varios integer & incolumis Eminentissimo conspectui tuo se sistit, vti nouarũ, ita rararum recõditissimarumque rerum Nuncius fidelis. Tuum erit, eâ quâ rerum nouarum proscænia soles fronte eum excipere. Etsi enim sermo eius fuerit simplicior, & prima fronte nescio quid impolitum, & asperum præ se tulerit, placebit tamen ni fallor mira quædam eius in loquendo varietas, & quod rei caput, rerum incognitarũ multiplex manifestatio, alio autem eum fine non pręmisi, quàm vt, quid in reliquo de sacris AEgyptiorum sculpturis secuturis operibus molirer patefacerẽ, & quàm ingens linguarum exterarum notitia secretioribus studijs & disciplinis lumen adferret, propalàm demonstrarem. Quod si verò id expectationi tuæ non ita responderit, excuses id velim, ceu opus non nisi subcesiuarum horarum elucubratione partum. Alterum verò opus (quod hôc tanto futurum est excellentius, quanto non immeritò altior & sublimior Philosophia Grãmaticâ censeri solet.) Hieroglyphicorum, inquam, ęnigmatum rediuiuum Oedipum, omnem prioris defectum facilè suppleturum tibi persuadeas. Hoc

enim

enim exiguum esse fateor, & non nisi rudimentum quoddam, seu quasi primam quandam adumbrationem: qualecunque tamen sit, splendorem à purpura tua habiturum confido, & (fas sit dicere) tuam ab eo aliquem, vt nimirum ad exteros & posteros dimanet hic tuus in optimas artes vel amor vel honor; dimanet, inquam, in laudem tuam, in aliorum exemplum. Quod cùm factum comperero, fructum me laboris mei non exiguum consecutum putabo. Deus Eminentiam tuam Ecclesiæ Catholicæ decus, atque ornamentum quam diutissimè seruet incolumem. Vale. Romæ è domo Professa Soc: Iesu. 14 die mensis Coptici ⲑⲱⲟⲧ seu 2. Augusti, anno Christi 1636. Coptitarum Martyrum 1352.

AD LECTOREM.

CVm omnem AEgyptiacam antiquitatem instaurandi nobis sit animus; certè ipsius argumenti difficultas suadere videbatur, vt ab ea re, quę totius antiquitatis veluti clauis erat, ab ipsa, inquam, veterum Ægyptiorũ vernacula antiqua, quam Coptam, seu Pharaonicam appellamus, totius operis auspicaremur exordium. Huius enim, quàm ingens in omni facultate, arte, & scientia sit vsus; quantum non ad profanæ tantùm, sed & sacræ literaturæ cultum, verbo, ad omnem eruditionem antiquitatemque eruderandam conferat, etsi Prodromus iste varijs in locis id abundè & variè doceat; Oedipum tamen AEgyptiacum varia sua eruditione, quam huius ope eruit, id non clariùs tantùm & abũdantiùs demõstraturũ; sed & id quoq; apud reconditioris literaturæ Amantes effecturum spero, vt hanc recens Europæ natam linguà non æstiment tantùm sed & omne quoq; studium industriamq; ad eam addiscendã conferãt, ad quod maiori facilitate præstandum, dictæ linguæ institutiones in fine operis huius adnectere volui, vt interim sese in eis exerceret Lector, & ad futura intelligenda aptiorem redderet capacioremque. Non aliam ob causam totius Oedipi quoque AEgyptiaci Ideam ijs apposuimus, nisi vt quantum ex vtriusque literaturæ restitutione Reip: literariæ emolumentum sperari possit Lectori innotesceret. Certè norunt id amici, quibus abdita eius vel per rimas quasdam ostendi, qui nouitate rerum commoti, cùm alia ratione nequirent, certatim id encomiasticis metris Prodromo præponendis extollere satagebant. Verùm, ne laudibus acceptis hominum diuino fauori obicem ponerem, neue huiusmodi solatiola auidiùs am-

ambisse, aut etiam ante victoriã triumphos egisse viderer, eorum beneuolentia laudata, ea qua par erat modestia recusaui; exceptis eorum Eulogijs, qui non tàm Encomiastæ, quàm rerum variarũ Testes erant futuri, approbatoresq;. Nam cum hic præsens liber, Oedipi operis omninò noui, rari, difficilis, & argumenti multorum opinione incredibilis, sit Prodromus; cùm pleraque præterea, è reconditis inuisisque Orientalium monumentis deprompta Europæos linguarum cognitione destitutos omninò lateant, adeoque multi forsan in rebus adeò nouis de fide mea dubitare, aut de impostura & fuco aliquo suspicari possent. Vt in re magni momenti maiori ingenuitate, fide & sinceritate procederem, simulque monstrarem linguarum, quas in operibus passim ad rerum dictarum confirmationem adducturus sum, me diuina gratia haud ignarũ: istius testes admittere volui, ipsos Græcos, Hebræos, Syros, Chaldæos, Arabes, Armenos, AEthiopes, Abyssinos, Samaritanos, aliosque quibus mea literaria supellex nota est, quique mea omnia lustrarunt, reuiderunt. quique susceptum opus consilio auxilioque nullo non tempore de proprijs suis aliqua communicantes pro viribus promouere contendunt. Atque hæc sunt beneuole Lector, de quibus te primò monitum volebam; quod si in ijs quicquam laude dignum inueneris; non mihi, sed Deo, bonorum omnium largitori, qui infantium linguas solus disertas facit, imputes velim. Vale.

MVTIVS VITELLESCVS

SOCIETATIS IESV

PRAEPOSITVS GENERALIS.

CVm Prodromum Coptum, seu AEgyptiacum P. Athanasij Kircheri, nostræ Societatis, tres eiusdem Societatis, quibus id commissum fuit, recognouerint; & in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita Reuerendissimo Domino Vicegerenti; & Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij videbitur. In cuius rei fidem has literas, manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 23. Aprilis. 1635.

Mutius Vitellescus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Mag. Sacri Palatij Apostolici.

A. Torniellus Vicesg.

IVssu Reuerendissimi Patris F. Nicolai Riccardij S. Palatij Apostolici Magistri; librum P. Athanasij Kircheri Societatis Iesu, qui Prodromus Coptus, seu AEgyptiacus, notatur, ritè & ordine censui; In eo, non solum nihil offendi Religioni Catholicæ & bonis moribus pugnans, sed contra, quàm plurima ex abditis sacræ vetustatis, & mysticis AEgyptiorum penetralibus, ingeniosè eruta argumenta, quæ cùm ob genuinam multarum linguarum cognitionem, tum ob reconditam rerum peregrinarum eruditionem ex ipsis fontibus haustam, orthodoxæ veritati robur & firmamentum sufficiunt, errores & hæreses labefactant. Dignum initium, vnde cætera æstimentur. Vigebit que diu, repertitium felicitate laboris & ingenij studium, nulli non eruditioni Sacræ & profanæ, lampada (quod dicitur) tradens. Ita censeo. Romæ, ex Domo professa, Iunij 15. An. 1636.

Melchior Inchofer. Soc. Iesu.

Imprimatur.
Fr. Nicolaus Riccardius S.P.A.M.

DOCTORVM ORIENTALIVM
De Prodromo Copto
Testimonia Encomiastica.

Isaaci Sciadrensis Maronitæ Archiepiscopi Tripolitani Syriæ ad Admodum R. P. Patrem sibi amantissimum Athanasium Kircherium *è Soc: Iesu*

Rythmus Syriacus cantu Iacobitico

ܫܡܝ ܟܘܪܝܐ ܕܙܡܪܐ ܥܠ ܢܓܡܐ ܝܥܩܘܒܝܐ ܘܒܗ ܡܫܒܚ
ܘܡܗܘܠ ܠܐܠ ܚܝ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܒܚ ܘܒܟܘ ܐܠܗܐ
ܡܫܝܚܐ

ܡܬܬܫܒܚ ܚܕ ܒܚܕ ܒܫܒܚܐ.

ا ܐܠܗ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܗ ܐܠܗܐ
ح ܕܡܬܠܒܫ ܟܘ ܒܦܓܪܐ ܚܕ ܐܠܗܐ.
ل ܒܬܠܬܐ ܩܕܝܫܐ ܡܬܩܕܫ ܒܫܒܚܐ
ي ܘܦܓܪܗ ܕܒܓܘ ܒܪܗ ܒܚܕ ܐܝܬ ܒܗ:
ه ܗܘ ܡܠܐ ܒܝܬ ܟܘ ܡܢ ܚܩܠܐ ܘܩܕܫܗ
و ܒܫܒܚܠܐ ܕܟܘܢ ܒܫܒܚܐ ܒܫܒܚ
ز ܐܡܐ ܒܟܠܗ ܘܒܠܐ ܫܒܩܐ ܟܘ ܘܒܫܒܚ
س ܫܒܚ ܗܘ ܘܐܝܟ ܕܗܘܐ ܟܘ ܠܥܠܡ:
ع ܗܘ ܕܐܬ ܒܢܫܐ ܒܡܠܟ ܡܫܝܚܐ
ف ܘܒܟܘ ܐܬܩܪܒ ܐܠܗܐ ܠܒܫܪ
ص ܒܠܐ ܫܒܩܐ ܐܠܐ ܒܫܒܚ ܐܠܗܐ
ق ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܫܒܚ ܐܠܗܐ:
ر ܫܒܚ ܐܠܗ ܒܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ
ش ܐܡܪ ܕܒܫܒܚ ܐܠܗ ܚܝ ܐܢܐ
ت ܗܘ ܕܟ ܒܪ ܒܪ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܐܡܐ
ث ܟܘ ܒܫܒܚ ܐܠܗ ܚܝ ܐܢܐ:
خ ܟܠ ܡܠܐܟܐ ܒܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ
ذ ܒܫܒܚ ܐܠܗ ܚܝ ܐܢܐ

ضظ



Eiusdem Interpretatio verbalis.

PAter mi Doctor Venerabilis, clarissime Athanasi qui in tuis doctrinis imitari niteris Magnum Doctorem Athanasium Electas stellas splendidasque Basilium, imitaris in scientia tua Solem Ecclesiæ Gregorium. Ingenium sublime dedit tibi Dominus noster in abundantia misericordiarum eius. Et intelligentiam omnium philosophorum; Armis omnium scientiarum induit te, vt decet eos, qui ad præclara expediēda mittuntur. Virtus eius adiuuit te, discere voces sicut electos eius. Beatitudinem magnam dent animæ tuæ intelligentis, noti tui, & amici tui, & magistri, Doctoresque, quia sapientiam omnium Orientalium & linguarum plurimarum scientiam super alios declaras, inter Doctores doces, sermonum variorum idiomata didicisti celeriter, manifestasti faciliter. Librum quem impressisti, & alios quos imprimere intendis, cum declaratione & commentatione verborum facillimè dilucidas, voces obuias subtiliter voluis & penetras & multum laboras, breuiterque ponis & eleganter: susci pe hanc hymnodiam, quam ex corde ad te mitto præclare Doctor, cui Syriacè offero. Gloria Bono qui direxit te & deduxit te verè, gratiarum actio Spiritui, qui adduxit te ad finem sine offensione.

ABRAHAMI ECCHELLENSIS

Syri Maronitæ In Romanæ Sapientiæ gymnasio Arabicę Linguæ ordinarij Professoris

Ad Reuerendum P. Athanasium Kircherium *è Soc: Iesu*

Carmen Syriacum.

ܐܒܪܗܡ ܣܩܠܢܝܐ
ܠܐܦܝ ܐܒܘܢ ܡܝܩܪܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܡܢ ܣܒܪܘܬܗ ܕܝܫܘܥ

ܡܐܡܪܐ ܣܘܪܝܝܐ

ܨܦܢܬ ܦܥܢܝܣ: ܕܠܟܣܝܬܐ: ܠܢ ܗܘ ܡܓܠܝܣ:
ܒܗܘܢܐ ܕܡܨܡܝܣ: ܠܐܬܪܐ ܕܣܟܡܐ: ܛܝܣ ܕܝܢ ܘܦܪܝܣ:
ܐܣܝܢܐ ܐܫܟܚ: ܒܝܬ ܡܨܪܝܐ: ܕܠܐ ܐܢܫ ܐܡܪܝܣ.
ܠܩܦܠܐ ܢܣܪܝܣ: ܘܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ: ܐܬܪܥܝ ܠܡ ܘܦܬܝܣ
ܘܗܐ ܡܙܪܝܣ: ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ: ܐܦ ܡܬܢܨܚ:
ܘܟܠ ܪܬܡܐ ܫܠܚ: ܠܘܬܗ ܐܝܢܓܕܐ: ܕܠܗ ܗܘ ܢܫܒܚ:

Eiusdem Interpretatio.

SAphnatphahnah, qui abscondita nobis declarat,
Intellectu splendenti ad Regiones sapientiæ volauit,
Thesauros inuenit apud AEgyptios, nemoque ausus est
Eorum seriem corrumpere, ipse verò solus aperuit.
Ecce circumfertur super currus & triumphat
Et omne idioma misit ad eum nuncios, vt eum laudaret:

شعر غيره عربي لابراهيم الحقلاني

Aliud Arabicum
eiuſdem Abrahami Eccellenſis.

يامنّ فاز على كل الـــورى .
بعلم حازه بتعـب مجمـوع .
هم يحسدوك بما خصصت به .
ولايكون قولهـم عندك بمسمـوع
فلو قسم الليث اثلاثا لما اكلت
منـه الكلاب ولوماتت الجوع .

Eiuſdem traductio.

O Qui excellis in omni doctrina, quam poſſediſti, labore collectam. Inuideant tibi maleuoli propter id, quod tibi peculiare feciſti. Verùm eorum dicteria ſurdus mutus tranſeas. Si enimdiuiſus fuerit leo tres in partes, non comedunt ex eo canes, etſi perirent fame.

Aliud Eſtrangelo metro Balai eiuſdem.

ܕܝܠܗ ܟܕ ܕܝܠܗ ܐܣܛܪܢܓܠܐ
ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܒܠܝ

ܡܪܗܛܢܐ ܕܓܗܝܢܬܐ
ܓܚܝܘܢ ܢܗܪܐ ܕܬܕܡܪܬܐ
ܡܪܗܛܢܐ ܕܟܠ ܚܟܡܬܐ
ܟܬܒܟ ܐܝܬܘܗܝ ܒܦܣܝܩܬܐ



Expositio eiusdem.

PRodromus hic est scibilium, Nilus flumen mirabilium, Prodròmus omnium scientiarum, Nilus rerum prodigiosarum Terram AEgypti hic inundat. eiusque solum Agricolas beat. Ille Orbem sapientiæ aquis irrigat. Omnesque literatos pelago scientiæ ditat.

Eiusdem Abrahami Ecchelensis
Idiomate Samaritano.





Eiuſdem interpretatio.

OMnis lingua, & idioma elegans, quod circulus claudit
Soluat vota ſua & tributum ſeparet
Illi, qui radicem famis à campo ſapientiæ extirpauit.
En Samaritanus munus ſuum offert, manu plaudit
Et ſocios inuitat, & pelagus eius encomiorum nauigat.
Et huic Ioſeph laudem addit, & nunquam obmuteſcit.

Petri Pauli Copi Sacerdotis Armeni Eulogium Armenicum.



Interpretatio eiuſdem.

Multi vt peregrinas linguas & varias ſcientias addiſcant peruagantur, Africam, Aſiam, & Europam; Sed iam neceſsarium amplius non erit, cùm quæcunque occulta Africa, Aſia, & Europa continentur, hic Author ſuis libris complectatur.

Michaelis Archipresbyteri Efronitæ Syri,
In Prodromum Coptum
Reuerendi Patris Athanasij Kircherij
è Soc: Iesu
Rhythmus Heracleus, seu vetusta Chaldæorum Lingua.

ܐܝܬ ܠܝ ܒܪ ܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܦܪܝܡ
ܕܟܬܒ ܣܦܪ ܕܫܡܗ ܦܪܘܕܘܣ ܕܡܠܐ ܟܠ ܡܠܐ ܘܟܠ ܠܫܢ ܒܗ ܫܪܝ
ܘܟܠ ܠܫܢ ܒܗ ܦܫܛ ܘܟܠ ܠܫܢ ܒܗ ܡܫܟܚ
ܣܦܪ ܫܦܝܪ ܗܘ ܒܝܢ ܣܦܪܐ
ܘܡܠܦܢ ܫܦܝܪ ܒܝܢ ܡܠܦܢܐ

ܐܝܬ ܒܟ ܚܟܡܬ ܡܠܐ ܕܒܪ ܐܢܫ ܕܐܦ ܒܟ
ܐܝܬ ܒܟ ܚܟܡܬ ܡܠܐ ܕܒܪ ܐܢܫ ܕܐܦ ܒܟ
ܐܝܬ ܒܟ ܚܟܡܬ ܡܠܐ ܕܒܪ ܐܢܫ ܕܐܦ ܒܟ
ܐܝܬ ܒܟ ܚܟܡܬ ܡܠܐ ܕܒܪ ܐܢܫ ܕܐܦ ܒܟ
ܣܦܪ ܫܦܝܪ ܗܘ ܒܝܢ ܣܦܪܐ ܘܡܠܦܢ ܫܦܝܪ ܒܝܢ ܡܠܦܢܐ
ܣܦܪ ܫܦܝܪ ܗܘ ܒܝܢ ܣܦܪܐ ܘܡܠܦܢ ܫܦܝܪ ܒܝܢ ܡܠܦܢܐ
ܣܦܪ ܫܦܝܪ ܗܘ ܒܝܢ ܣܦܪܐ ܘܡܠܦܢ ܫܦܝܪ ܒܝܢ ܡܠܦܢܐ
ܣܦܪ ܫܦܝܪ ܗܘ ܒܝܢ ܣܦܪܐ ܘܡܠܦܢ ܫܦܝܪ ܒܝܢ ܡܠܦܢܐ:

Interpretatio eiusdam.

VIdi librum tuum Vir acute, & admiratus sum eum & vehementer obstupui, cùm quæuis recondita inueniantur in eo, omniaq; idiomata peregrina signentur in eo, subtiliter & eleganter declarentur in eo: opus tuum admirabile est, Doctor subtilis apud Doctores, nilque aliud est quàm thuribulum ex quo redolent omnes odores.

Iodoci Hopffneri Herbipolitani, Theologi In reconditum opus Prodromi Copti R.P. Athanasij Kircheri Fuldensis Germani *è Societ: Iesu*

Rythmus Hebraicus.

שיר עברי Explicatio eiusdem.

כל לשונות בכל מדינה	Occasumque Ortumque inter qua tollit in altum
ממזרח עד מערבה	Quaque solet Phœbus condere nocte caput.
ועברית ורומיית לא דיך	Quæ te lingna latet? sit Hebræa, Latina, sit omnis
לשון קבטי היא לשונך	Vnam omnes calles. Coptica lingua tua est.
ותשאה באור מחשכתה	Hanc isthoc Prodromo bisseno idiomate, primus
ב״ב לשונות שאתה	Mersam. AEgyptiacis eruis è tenebris.

Doctoris Io: Baptistæ Ionæ de Sapheta, quæ Vrbs est Galileæ superioris Palestinæ, Hebraicarum literaum In Pisana Academia professoris in idem opus

Rythmus Rabinicus.

פכי יוטכן הטובל בדאותי יופי המלאכה כסאתי משלי ואומנ

א תקהתעודה : שבם לו ותודה : אשר ידו הדה : בשבר מצרים:

ט רף לנו יהבאידות אכשירהב: כטמדים מוהב: אף זהב פנוים

ג תקבהם סימן : בכל עת וזמן : לא הכיט אלמן : הלשון מצרים:

ס תמיהון גלה : במזתימו עלה : וגם דלה דלה : מים ממצרים

י שמרהו האל : שומר ישראל : ובכו הגואל : קרא ממצרים:

ו רוחו לו יפרוש : בכל עת שידרוש : וישמהו לגאש בכלמצרים:

ש בה לכי עלמה : יקרה תמימה : עשה לנו נהמה : בצאתאנו ממצרים:

Sacerdotum Abyssinorum
In eundem Prodromum Coptum Testimonium
Æthiopicum.

በዝመጻሐፍ ፡ ኦልቦ ፡ ሰሐተ ፡ ንሕነ ፡ ሰምዓታት ፡ ኢትያጲያዊን ፡ ወንእመን ፡ አሰመ ፡ ኩሎሙ ፡ ማአምረን ፡ ወቶሎጋዊያን ፡ ፈቲዉ ፡ ክመ ፡ የአማሩ ፡ ኩሎነገረ ፡ በሐዉርተ ፡ ክመ ፡ ያአማሩ ፡ ፉካሬሁ ፡ በኪሉ ፡ ኢረክቡ ፡ ረክበ ፡ አተናቲዋስ ፡ ዉማአማረ ፡ ኩሉ ፡ ነገረ ፡ ሚጠ ፡ ልሳነ ፡ ቅብጥ ፡ ወኢአጲያ ፡ ንሕነ ፡ ናአማር ፡ ሰማአተ ፡ ዚአሁ ፡ ንሕ ።

አባ ፡ ማሕጻንተ ። ማርያሞ ።
አባ ፡ ሐብተ ። ማጋያሞ ።
አባ ፡ አጽጻ ። ድንግል ።
ተንሥኣ ፡ ክርሀቶሶ ።

Explicatio.

IN hoc libro in AEthiopicis mendacium non est, & nos sumus testes, & dicimus quod multi Sapientes desiderauerunt scire varias linguas, ad interpretationes varias perficiendas, & non inuenerũt. Hic Athanasius primus omnes sermones explicare nouit, non in alijs tantùm linguis, sed & in AEthiopica potissimùm & AEgyptiaca, & nos infrascripti sumus testes eius.

Machzanta Maroiam		*Depositum Mariæ.*	*Sacerdotes Abyssini*
Chabta Maroiam	*hoc est*	*Donum Mariæ.*	
Azfa Dungel		*Pallium Virginis.*	
Tansa Christos		*Resurrectio Christi. Diaconus.*	

PRODROMI COPTI
CAPITVM SYLLABVS
ET LEMMATA.

Prooemium Prodromi

Causa scriptionis. difficultas tractãdi antiqua; linguæ Coptæ antiquitas; Eximiorũ virorũ ad hoc genus scribẽdi incitatio. Thesaurus Copto-arabicus præmittitur Hieroglyphici operis, veluti basis & fundamentum.

Caput I.
De etymo vocis Coptos.

Coptos non ab AEgypto, nec Chibt, sed ab Vrbe Copto deriuatur. ⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ *Kopticũ* قبطى *Arabicum, Item* ϫⲛⲙⲓ & مصرى *Mesra quid propriè significent. differentia inter* ⲕⲟⲡⲧⲟⲥ & ⲕⲟⲫⲑⲟⲥ. *AEthiopica vox Gobzo quid? Copti Vrbis descriptio. Cana Ramustio, Elitron AEgesyppo dicitur, celebritas eius & feracitas.*

Caput II.
De Coptitarum institutis.

Coptitæ ante Christum Idolorum cultui deditissimi. Post Christum primi Christiana religione imbuuntur, Vrbs vicina Thebaidos. Coptitæ linguam AEgyptiam antiquam ab interitu vindicarunt. Libri Coptici Bibliothecæ Vaticanæ. Religionis studium apud Coptitas viget. Ingens Martyrum numerus. AEra Martyrum quid? Ritus Coptitarum in sacramentis administrandis. Liturgiæ Copticæ ratio. Coptica & AEthiopica Ecclesia vna fuit olim sub Antistite Alexandrino. Quantum prodesse possint huiusmodi liturgiæ antiquissimæ Hæreticis ad conuersionem.

Caput III.
De Copto-AEthiopicæ Ecclesiæ Colonijs in alias mundi partes traductis.

Coptitæ, AEgyptij, & AEthiopes, lingua Syriaca quõdam in sacris vsi sunt. Ex AEgypto, Syria, & AEthiopia in Indiam ad propagationem fidei

dei Christianæ Coloniæ transmissæ. idque ex vetustissimo monumento Syro-sinicis characteribus, quod paucis ante annis in China detectum fuit, inscripto probatur.

Caput IV.

De Colonijs dictis in Indiam, Chinam, Iaponiam, Tartariam deductis.

Quid & vbi propriè Cathaia, Quis & vbi magnus ille Presbyter Ioannes. De Gryphibus & Pygmæis, & an hi propriè homines sint. De prima prædicatione S. Thomæ Apostoli in India, eiusq; martyrio Calurminæ seu Maliaporæ peracto, de Cruce miraculosa sanguine eius expressa. Brachmanicarum literarum cruci circumscriptarum interpretatio. De nauigationibus primorum Christianorum ex AEgypto in Indiam, quæ Ophir AEgyptiacè dicitur, variæ traduntur.

Caput V.

Lingua Copta seu antiqua AEgyptiaca affinis olim Græcæ. Examen nominis Coptici seu AEgyptiaci. Thaphnat fanech. seu Psontomphanich. AEgyptij ob miracula patrata vocant Moysem Psontomphanchi, quod arcanorum reuelatorem significat; discutiuncur circa hoc nomen textus Hebraicus, Syriacus, Arabicus, Chaldæus, Samaritanus, Græcus, Armenus, Coptus. Copta lingua non fuit affinis Hebraicæ nec alijs Orientalibus linguis, Græca excepta. Locus Beniamini explicatur de AEgyptiaca lingua. Moses nomen AEgyptiacum eiusque significatio. Comparatio linguæ Coptæ cum alijs linguis Orientalibus. Menses AEgyptiorum Veterum, & nomina stellarum aliarumque rerum, vti herbarum, animailum, Deorum, Copta lingua cum antiqua AEgyptiaca eadem adhuc retinet. Asima non est AEgyptiacum nomen, sed Samaritanum.

Caput VI.

De Nomine Dei Copto ⲫⲧⲏ Phta.

Mysticum nomen est. mysticorum nominum ratio. Varia monogramma. Mysteria literarum Armenicarum. Mysteria nominis Copti ⲫⲧⲏ explicantur. Quis fuerit Phtha antiquus AEgyptiorum Deus. Generatio eius ab Hemepht. Phtha mundi symbolum; nomen

vniuersum perambulans. Characteres varij Phta seu Tauti inter Hieroglyphica adhuc reperiuntur. Vnde baculus nota Tau insignitus D. Antonij. Figura baculi Mosaici quæ fuerit? ⲫ ϯ Coptitarum, mystticorum nominum rationes habet. Comparatio eius cum nomine Dei tetragrammato.

Caput VII.

Lingua Græca primùm à lingua AEgyptiaca profluxit. Notabilia, de signo senarij numeri Græcorum, apud Coptitas adhuc pro litera Alphabeti sexta vsurpato. Differentia linguæ antiquæ AEgyptiacæ, vernaculæ & Græcæ quæ ipsis doctrinalis erat. Columnæ & monumenta Græcis literis inscripta. Pænorum lingua olim similis erat Hebraicæ. Lingua Copta ex varia AEgyptiaci Imperij mutatione variam quoque corruptionem passa est. A Latinis, Græcis, Arabicis multa mutuantur. In Syntaxi nominum & verborum quanta sit ab omnibus cæteris linguis discrepantia.

Caput VIII.

De vtilitate Linguæ Coptæ.

Vtilitas linguæ Coptæ maxima non ad hæreses duntaxat refutandas, sed & alias literas excolendas. Thesaurus librorum Coptorum in Bibliotheca Vaticana, eorumque Catalogus. Thesauri Copto arabici præstantia. Alphabetum Agarenorum seu Africanorum. Mirabilis cuiusdam Vetustissimæq; Inscriptionis, in rupe quadam mõtis Oreb incisæ, à nemine ante hac explanatæ vera, certa & fidelis Interpretatio: in qua multa recondita ex Hebræorum antiquitatibus eruuntur.

Caput IX.

Literis hierogliphicis verba Copta inserta fuisse varijs exemplis ostenditur. Variaq; monogrammata dilucidantur: quibus denique subiungitur Specimẽ interpretationis hieroglyphicæ; in quo multa de veterũ AEgyptiorum symbolicis disciplinis à nemine (quod sciam antehac) indigitata nouo ausu & molimine produntur. Quibus omnibus in fine tractatus particularis de elementis linguæ Coptæ, quem Primitias linguæ Coptæ siue AEgyptiacæ notare libuit; vnà cum Idea Oedipi, adnexus est.

ϹΥΝ ΦϮ

AD EMINENTISSIMVM

S. R. E.

FRANCISCVM

CARD. BARBERINVM

PRODROMI COPTI

Siue Aegyptiaci.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

CVM olim, Eminentiſsime Princeps, repentino quodam apud Corinthios rumore percrebuiſſet, Philippum Macedonum vrbi cum vaſto exercitu imminere, ciuesq; ad obſidionem ferendam impigrè, quæ forent ex vſu paraſſent: Fertur ἡμεροβίος ille Diogenes depoſito philoſophico & pileo, & pallio, ſordidatus, & ſqualore obſitus, dies aliquot, ſuum illud dolium ἄνω τε καὶ κάτω, quaſi magnum quippiam moliturus per collem vrbi vicinum

nouo quodam & ante hac inuiſo laboris genere voluiſſe, reuoluiſſe, ſubuoluiſſe, & deuoluiſſe. Quod cum pleriq; mirarentur, atque adeo inuſitato rei ſpectaculo attoniti: ecquid inſueta hac vaſis volutatione ſibi vellet? rogarent; reſpondiſſe; ne ipſe, alijs omnibus negotioſis, ſolus otioſus videretur. Intelliges ni fallor (Magne Princeps) quid hac Prodromi mei proluſione velim. Cum ſingulari fauore tuo in Vrbem accerſitus, doctiſſimos quoſuis in hoc orbis theatro legendo, ſcribendo, docendo, & aliter certatim de literis, ac poſteritate bene mereri viderem; palladijſque machinis aduerſus ἀγνοιαν felici marte pugnare; ac eam in rem nouas ſubinde acies inſtruere, quæ & cæſim & punctim in illam eiusq; ſocios, ac fœderatos ſub præſtantiſſimis ducibus irruant. Mihi Diogenæi illius, digni ſanè tanto Philoſopho apophthegmatis memori viſum eſt, pro mea tenuitate, in medium cum illis prodire, ne inter tot egregios probatæ virtutis milites, vnus de multis ceſſator haberer. & proinde, Heſiodi illud in me cadere, meritò agnoſcerem, ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Verum cum in hac velitatione, ac verè Apollinea expeditione oportunum dolio hoc philoſophico voluendo locum inquirerem, atque in tanta occupationum, ac ſtudiorum, quibus ſingulos iam intentos intuebar varietate, ſedulò circumſpicerem,

Heſiodus. Theog.

rem, qua in parte huius literarij campi induſtriam meam potiſſimum collocarem; eccè ſtationibus iam ſingulis occupatis, ſola mihi reſtare video antiquiſſima illa Aegyptiorum rudera, ac temporis iniuria ſemiſepultas monimentorum parietinas; Nam præter difficilem illam antiquitatum Aegyptiacarum, ſacrorumq; myſteriorum, ſub hieroglyphicis diſciplinis latentium à nemine hucuſque (quantum quidem mihi ſcire licet) tentatam inueſtigationem, idiomatis quoq; Aegyptiaci antiqui, quod Coptum vocamus, reſtauratio mihi commiſſa tanto maiorem laborum copiam, quantò & materia rarior eſt, & difficilior, ſuppeditauit. Præſertim cum in ſumma illa rerum humanarum inconſtantia, & viciſſitudine nil difficilius ſit, ac arduum magis, quam earum rerum, quas vetuſtas temporum paulatim ab hominum memoria longè remotas, ita abdidit; vt omnem intellectus lucem effugere videantur, deſcribere narrationem: in qua præobſcuram ambiguitatem ſcribentibus præbet rerum inexplorata antiquitas; & legentibus quandoque fidem detrahit abſtruſa ad infinitis diſſentientium Authorum controuerſijs intricata, & admodum perplexa temporum deſcriptio. An non igitur in me campum adeo confragoſum, ac innumeris difficultatibus impeditum, potiſſimum ſine duce viarum gna-

Difficultas tractãdæ materiæ.

ro, ingredientem appositè quadrabit, nota illa Hebræorum מַרְבֵּה חשֶׁךְ מַרְבֵּה תוּעָה ? vbi enim multa tenebrarum caligo, ignota adhæc via, multos errores & lapsus, frequentesq; offensiones contingere necesse est. Ac proinde periculosæ plenum aleæ opus me aggredi non ignoro; dum non de communi aliquo, ac familiari nobis idiomate, sed Sapientum Aegyptiorum antiquissimo, lingua vti in hunc diem Europæis incognita, sic vetustatis apud ipsosmet Aegyptios adhuc incompertæ, ac plurimarum gentium commixtione succedentibus seculis vitiata aliquid certi adstruere contendo. Sed enim cum nullæ tenebræ tantæ sint, in quibus non aliquis saltem lucis effulgeat radius; nec tanti rerum nodi, quos non humani ingenij veritatis amore flagrantis sagax dissoluat industria; Ego certè non reconditioris tantùm antiquitatis studiosis; sed & toti Reip: literariæ rem haudquaquam ingratam me facturum existimaui. Si, vti in cæteris Aegyptiacis, quæ hucusque delituere monumentis eruderandis; ita in eorundem lingua seù idiomate restaurando, operam meam quantulamcunq; collocarem; opusq; non tam proprio ingenij ad quæuis difficilia cæteroqui prompti motu; quam doctissimorum virorum, quos inter principem sane non immeritò locum obtinet Amplissimus Dominus Nicolaus Fabri-

Multæ tenebræ multus error.

cius

cius de Peiresc Christianissimo Regi à secretis consilijs armata deprecatione extortum aggrederer, idq; ab alijs derelictum, ad incudem reuocarem. Ne verò laborem difficultatemque subeundam pertimescens & ego animum propositumq; exequendi operis abijcerem, Ecce causa fuit antiquissimus Codex manuscriptus, seu Onomasticon Copto-arabicum, quod Illustrissimus D. Petrus à Valle Patritius Romanus non ita pridem ab omni temporum, tinearumq; iniuria vindicatum, ex Aegypto secum transportauit: cuius ex arabicis tenebris in lucem latiam deducendi curam cum mihi aliorum rogatu Emin. Princeps commendasses. tantum è continua eiusdem tùm versione, tùm rerum in eo occurrentium consideratione profeci, vt cum eius linguæ Coptæ non iam planè ignarus, quamplurimas ad Aegyptiorum antiquitatem pertinentes difficultates eius opera me soluere posse confiderem, hieroglyphicis (quibus tum magno ardore enodandis incumbebam) adeoq; alijs omnibus occupationibus tantisper suspensis hoc præsens opus cæteris secuturis lucubrationibus meis adeò fructuosum, sine mora aggressus fuerim; memor illius Tatiani: τῶν προτέρων συντάξις ἀπόδειξίς ἐστὶ τῆς λαμπρότητος τῶν ὑστέρων. Et quamuis tota hæc materies ad hyeroglyphicos tractatus commodius differri potuisset; quia tamen Thesaurus

lin-

linguæ Coptæ, ſicuti & alia de Romanorum obeliſcorum interpretatione molimina hanc tractationem veluti προδρομὸν atque adeo ſeparatam vendicare videbantur, eam ceu Prodromum quendam, laudabili amicorum importunitate extortum, ac ſecuturorum operum veluti exhibitorem abſque vlla dilatione mox expediendum exiſtimaui. Sed, ne antequam rem aggrediamur, ἀταξίας vitium ſubrepat, vti in huiuſmodi miſcellis diſſertationibus fieri ſolet; haſce noſtras exercitationes in certas claſſes, ſeù capita diſpertiri viſum eſt.

CA-

CAPVT I.

De Etymo vocis Coptos.

ETymorum, vocumq; peregrinarum perperam intellectarum imperitam explicationem magnis passim erroribus scriptores implicuisse, vt alia multa eruditorum monumenta, ita & illi demonstrant, qui vocem κόπτος, in rerum diuersarum sententiam distraxerunt.

Koptos non deriuatur à voce Aegyptus.

Atque ij quidem, qui hoc vocabulum, κόπτος, idem esse volunt cum voce (Aegyptus) frigidis sanè coniecturis fulti, exiguos monstrant, vt postea videbimus in Arabicæ, & Coptæ linguæ cognitione progressus. Alij vero, qui eius etymon ab eo Rege, qui primus Mitsraim, Aeriam aut Oceaniam antiquitùs dictam, Aegypti nomine insigniuit, quemq; Aegyptij, teste Leone Africano, vulgari lingua Chibth appellant, deducere volunt; eo longius à vero aberrant, quanto inter Coptos, & Chibth maior censenda est differentia. Alij denique qui totius vocis huius ἐτυμολογίαν ab vrbe Coptos deriuant, præ reliquis videntur, ita loqui fas sit, κοπτίζειν. Veruntamen cum singulis iam recensitis opinionibus, rationes vtrinque non incongruæ occurrant; visum fuit eas hic ad examen reuocare; vt eorum rationibus & argumentis primo

Neque ab Aegypto primo Rege quem Chibt appellant.

Ioannes Leo Africanus l. 8.

Koptos ab Vrbe Copto deducitur.

tru-

trutinatis, quid de singulis sentiendum, statuendumq; sit, patefiat.

Primi itaque qui (Ὁ κόπτος) cum voce (Aegyptus) passim confundere solent; aliam opinionis suæ rationem non adducunt, nisi solam affinitatem, quam vox Arabica قبطى Kopti, & Copta vox γύπτιος, aut γύπτιος, tum sono, tum significatione obtinent ad vocem (Aegyptus) Verum hosce infirmo fundamento inniti, nemo non videt. Nam si dicta vocabula paulò pensiculatiùs discutiantur, affinia quidem ea, & ὁμόφωνα; non ὁμώνυμα esse reperientur. Nam ijs, qui vel extremis labris, dictarum linguarum elementa degustarunt, compertum esse existimo; hanc vocem γύπτιος hoc loco propriè Aegyptum, nec lingua Copta; nec قبطى (Kopti) Arabica significare. Cum Aegyptum Coptitæ propriè denotent per dictionem χήμι; quemadmodum eandem per dictionem مصر (Mesra) significant Arabes; patent hæc luculenter ex Onomastico nostro Copto-arabico; cuius Author, quandocunque rerum ad Coptitas pertinentium titulos in Onomastico dicto Copto-arabicè ponit; nequaquam Mesra, vel χήμι, quibus verbis cæteroquim Aegyptum propriè dictam indicat, vtitur. Sed μετγύπτιος & قبطى Copti, queis nil aliud nisi Coptorum, seu Coptitarum in Aegypto sectam vult significare. Sic titulus

Coptitæ Aegyptũ proprio nomine chemi, & Arabes Mesra.

tulus ⲛⲓⲁⲃⲟⲧⲙⲉⲙⲉⲓⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ Menſes Copticos, non Aegyptios denotat. Cui & arabica verſio conſonat; quæ dictum Copticum interpretatur الشهور القبطيه hoc eſt menſes Copticos. non الشهر المصريين videlicet menſes Aegyptios. Pari ratione Onomaſticon Copto-arabicum numeros Coptitarum, non appellat ⲡⲓⲁⲣⲓⲧⲙⲟⲥⲛⲭⲏⲙⲓ hoc eſt numerum Aegyptium; ſed ⲡⲓⲁⲣⲓⲧⲙⲟⲥⲛⲓⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ſeu numerum Copticum. Vti & Arabes الجساب القبطى. Multa ſimilia theſaurum linguæ Coptæ voluenti occurrent; ⲭⲏⲙⲓ itaque etymo deducto à primo Aegypti cultore Chamo Noëmi filio, ſiquidem Beroſo credimus, propriè lingua Copta Aegyptum ſignificat; Quemadmodum in Arabica lingua مصر Meſra, à Miſraim Chami filio deducto nomine; Priori ſubſcribit Plutarchus libro de Oſiride, & Iſide in quo Aegyptum antiquis ſeculis ⲭⲏⲙⲓⲁⲛ, hoc eſt vas μ̣ϛαίγ-ϛιον, à nigrore nimirum & pinguedine terræ vocatam ait. Poſterius, Arabes, Chaldæi, Syri, Aethiopes, Armeni, Perſæ, omnes deniq; Orientales populi communi conſenſu aſſeuerant. ⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ vero & قبطى Kopti, propriè ab vrbe Coptos, Originem deduxere. Vnde & linguam Coptam, &ſi eandem cum antiqua Aegyptia faciamus, negamus tamen à voce Aegyptus eam deriuatam, ſed ab vrbe Coptus, & non ſecus ac Latinam linguam à principe vrbe Roma, Ro-

Niabotme meggiptios.

Alſchahur elKaptihe. Alſchahur almeſriin.

Piaritmos nichemi.

Alhheſab elKopti.

Chemi deriuatur à Chamo, & Meſra à Mitſraim eius filio.

Plucarchus l. de Oſir. & Iſide.

Mẽſes Aegyptiorũ antiquorũ & lingua eorum ab vrbe Coptana vocatur Copta; ſicuti Menſes & lingua Latinorũ ab vrbe Roma dicitur Romana.

manam, aut Indicam à Mexico, Mexicanam dictam asserimus. Notandus hic error quidam, in quem cum plurimi ex non infimis Authoribus inciderint, eum nequaquam dissimulandum censuimus, est autem iste, quod κόπτος, & κόφθος passim imperitè confundant; cum tamen tantum absit vt ea nomina idem sint, vt etiam toto cælo diuersa reperiantur. de Copto paulò ante dictum est, de quo & in sequentibus fusius dicemus. κόφθος vero nihil aliud est, quam à Mahumetanis confictum vocabulum, quo Christianos Aegyptios, seu Monachos aliosq; religiosæ vitæ sectatores Cophthos, quasi dicas incisos, per contemptum appellare solent, quæ diligenter notanda sunt. nec enim κόφθος apud priscos Authores vnquã me legisse memini. Sed nos his notatis, eo vnde digressi sumus reuertamur. Porrò alij qui vocem Coptos. à primo Rege Aegypto, quem vernacula lingua Chibth appellant, deriuare conantur, non minus quam priores decipiuntur; Cum illud vocabulum Chibth, quo in vulgari Arabico Idiomate Aegyptum significant, aliam deriuationem nesciat, quam eam, quam à Græcis, Romanis, alijsq; exteris gentibus hausit. Nam Aegyptij, cum regnum suum magno hominum commercio frequentatum viderent, eamq; Aegyptum passim nuncupari animaduerterent consimili nomine

Coptos & Cophthos non sunt idem.

Cophthi qui dicantur.

Coptos non deriuatur à Chibth.

mine Aegyptum, Chibth appellare cæperunt. Vnde nulla ratione concedendum est; γυπτιος, & Chibth &si affinia, eadem esse, vti diximus. Cum & etymo, & pronunciatione differant. Nam si ijs qui aliquam huius linguæ notitiam in Aegypto ab ipsis Coptitis instructi hauserunt credimus, hoc vocabulum γυπτιος, υ in ου mutato, γουπτιος, non γυπτιος pronunciandum esset; quod & in Aethiopum libris quoque obseruatur. qui à vicinis Coptitis instructi, Aegyptũ alio nomine non appellant, nisi ⲙⲉⲇⲟⲣⲁ ⲅⲟⲃⲍⲟ. Medura gobzo. hoc est terram Aegypti. Quæ cum ita sint optimè ipsi sentiunt, qui huius Etymon à Copto celeberrima olim Aegypti vrbe, & Thebaidos metropoli deducunt. Hæc enim est à qua Coptitæ eorumq; lingua nomẽ inuenit, vti ante insinuauimus. Fuit autem hæc vrbs Coptos (quæ & Cana Ramusio dicitur) Ptolomæo teste Nomi Coptici metropolis sub 26 latitudinis gradu, & longitudinis 62 sita: cuius quoque meminere Fl. Iosephus & Aegesippus. Strabo eam Thebaidos caput, Arabum & Aegyptiorum commune appellat emporium, verba eius hic addere libuit. *Post Veneris inquit Templum est Isidis fanum, deinceps sunt ea quæ Typhonia vocantur, & fossa quæ Coptum defert communem Arabum, & Aegyptiorum vrbem; deinceps est Isthmus in rubrum mare porrectus, iuxta Bere-*

Ab vrbe Copto deriuatio horũ nominũ desumenda. *F. Ios. l. 4. c. 11. de bell. Iud. Aegesipp. l. 4. c. 35. Cedrenus. Ptolomæus c. 35.* Situs vrbis Coptanæ. *Strabo l. 17*

nicen vrbem, quæ quanquam sine portu est, tamen propter opportunitatem Isthmi idonea diuersoria habet: dicunt Philadelphum primò hanc viam exercitu aperuisse, cum aquis ea careret; ac diuersoria constituisse, tam pedibus iter agentibus, quam Camelis; Idq; effecisse, quoniam rubrum mare difficulter nauigaretur, præsertim ex intimo recessu. Enimuero experientia vtilitatem maximam demonstrauit, atque nunc omnes Indicæ & Arabicæ merces, ac Aethiopicæ etiam, quæ Arabico sinu aduehuntur, Coptum *deferuntur, istarum rerum emporium. Non procul à Berenice est Muris statio, quæ vrbs nauale habet. A Copto quoque non multum abest Apollinis Ciuitas, quarum duæ vrbes Isthmum terminantes vtrinque sunt. Sed Coptus & Muris statio nunc excellunt, ijsq; omnes vtuntur. Hæc de vrbe Coptos Strabo.*

Plinius l. 5. c. 9.

Plinius inter cæteros Aegypti nomos, seu præfecturas, vrbis Nomiq; Coptitis quoq; meminit.

Plutarchus l. de Osiride & Isde circa mediũ.

Plutarchus plurimis iu locis huius mentionem facit. Isidem enim cum Osiridem maritum à Typhone interfectum audisset, hic lugubri veste indutam, tonsisq; capillis nunquam satis Osiridis quærendi initium feciſſe. *Isis, inquit, hæc audiens protinus capillos suos tondet, & lugubrem stolam induit. ex quo vrbi Coptos adhuc nomen manet, tametsi alij hoc nomine priuationem denotent. Nam κόπτειν priuare significat.* Citato quoque

Coptos Isidis tẽpore celebris.

libro

libro Coptitas, ait, certis quibusdam solemnibus Asinum præcipitare solitos, & homines rufos insectari, eo quod, qui Osiridem occidit, Typhon, rufo & Asinino colore fuisse tradatur. In Copto quoque Hori simulacrum altera manu Typhonis pudenda tenens Coptitas coluisse, idem Plutarchus author est. Fanum seu adytum Isiacum, ad quod magni hominum vtriusque sexus oraculis consulendi gratia fieri concursus solebant, Copti quoque extitisse tradit Pausanias in Phocicis. Τότε οὖν τὸν Ρωμαῖον ὃς ἐπεστέρατο Αἴγυπτον, ἄνδρα ἔφη χρήμασιν ἀναπείσαντα ἐς τὸ ἄδυτον καταπέμψαι τῆς Ἴσιδος τὸ ἐν Κόπτῳ καὶ ὁσημέρας εἰσελθόντα ἐκ τοῦ Αδύτου, διηγήσασθαι δὲ ὁπόσα ἐθεάσατο, καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐπανελθόντα τελευτῆσαι. *Eo ipso, inquit, tempore Romanum hominem qui Aegyptum Prouinciam obtinebat, quendam mercede conductum, iussisse Isidis adytum, quod Copti erat, intrare, redijsse illum mox, at quæ conspexerat, exposuissset, è vita discessisse.* Coptitas studiosos quoque Crocodilorum cultores ex Plutarcho tradit Volateranus. Vinum Thebaicum, maxime quod circa Coptum nascitur, ijs qui calidioribus morbis infestantur, commendatur ab Athenæo in dipnosophisticis. Cui adstipulatur Geographia Arabica, quæ vinum & fructus Coptenses commendat his verbis. فنقول ان من مغار الرقيم الى جب جلجة خمسة وثلثون ميلا

Plutarchus cit. loc.

Coptitæ præcipitant Asinũ ex odio in Typhonẽ.

Plucarchus cit. loc.

Hori simulacrũ Copti quale.

Fanũ Isiacũ Copti celebre.

Pausanias in Phocicis.

Coptitæ crocodilorum cultores.

Volateran. de Aegypto. l. 1.

Vinũ Copticũ bonũ febrientibus.

Athenæus in dipnosoph. l. 2. circa finẽ.

Geograph. Arabica p. 3. cli. 2.

ميلاً ومن جب حلمة الى وادى نحيل خمسه
وثلثون ميلاً ومن وادى نحيل الى جب الميدان
خمسة وثلثون ميلاً ثمّ الى مرح الشيخ ثلثون
ميلاً ثمّ الى القوبطه عشرون ميلاً كان به خمر
وثمر كثير.

Phencul en men maagraletraquim ala giabb halimeth chams votolatum milan, vamen Giabhhalimeth ala vaadinahhil chams voatoltun milan omen vaadinahhil elagiab el milan chams voatholtun milan thom ala marahh elſcheich tholtun milan tſom ala elcopto haſchrun milan kana beh chams vtamar ketir.

Dicimus itaque quod à Maaralraqim vſq; ad habhalimta quindecim milliaria. hincq; ad Vadinahhil totidem; & à Vadinehhil ad habalmidan totidem. ad Marahh verò antiquam tredecim milliaria, ſicuti hinc ad Kuopte in qua vinum & fructus ſeu palma multa, tredecim milliaria ſimiliter computentur.

Vinum Coptum, & fructus Coptani boni.

Atque ex hiſce & ſimilibus fusè allegatis teſtimonijs patet, Coptum vrbem cum ob rerum copiam ſitusq; opportunitatem; tum ob famoſa deorum Aegyptiorum delubra, & adyta, in quibus Sacerdotes paſſim Mithræ, aut Serapidis conſulendi gratia morabantur, ob feſta denique frequentia in Iſidis, Oſiridis, aut Serapidis honorem ibi celebrari ſolita, vrbem fuiſſe

Celebritas vrbis Coptæ, & antiquitas eius.

anti-

antiquissimam, atque post Thebas à quibus non procul distabat, totius Aegypti celeberrimam: quamuis hodierno tempore nimia vetustate collapsæ, bellorumq; iniuria destructæ, vti ab ijs, qui Aegyptum lustrarunt, fide dignissimis viris percepi, vix ruinas reperias. Cæterum qui plura de situ Copti vrbis desiderat, consulat syntagma primum apparatus nostri hieroglyphici; in quo Veteris hodiernæq; Aegypti chorographiam vnà cum singulorum Nomorum, Vrbiumq; celebrium exacta descriptione, reperiet. Atque hæc de Etymo Vrbis Coptensis sufficiant. Nunc ad Coptitas eorumque instituta progrediamur.

CA-

CAPVT II.

De Coptitarum moribus, & institutis.

COptanæ vrbis situ, fama, etymo alijsq; ad eam spectantibus præcedente capite expensis, nihil iam restat, nisi vt, quales illi Coptitæ, à quibus lingua Copta nomen deduxit, quod vitæ illorum institutum fuerit, paucis quoque declaremus. ne quid in hac materia consideratione dignum omisisse videamur. Aduertendum igitur, quod toto illo salutis humanæ aduentum antecedente tempore, Coptanæ vrbis incolæ religione alia non erant imbuti, nisi eâ, quæ toti Aegypto erat communis, videlicet Solis, Lunæ, ac brutorum animantium, canum dico, felium Crocodilorum, aliorumq; similium cultu. cui vsque adeo immersi erant; Vt non immeritò Satyricus poeta, in eos inuehi videatur;

Quæ religio Coptitis ante Christiaduentum?

Brutorum cultus.

Iuuenalis Satyr. 15.

Quis nescit Volusi Bithynice qualia demens
Ægyptus portenta colat? & paulo post
Oppida tota Canem venerantur, nemo Dianam.

Verum cum Aegypto, temporum successu, Sole iustitiæ mundo exoriente, per Sanctos Apostolos, eorumq; successores, ad veram Christi fidem

fidem adducta Christianæ religionis proiecta semina cùm vbique locorum; tum in Aegypto potissimùm, vtpote Euangelij noui fonti vicina, felici segete adolescerent. Multi ex Aegyptijs amore euangelicæ perfectionis instigati, ad ea se loca contulerunt, quæ à rerum vanarum strepitu semota, cælestium contemplationi maximè apta erant, cuiusmodi Thebaidos solitudinem fuisse scribit Palladius: cui cùm vrbs Coptos proxima esset, monasticæ vitæ sectatores partim rerum, quæ ipsis necessariæ esse poterant, comparandarum commoditate allecti, eum, vtpote deserto adiacentem, à quo & Coptitæ quoque postmodum dicti sunt, elegerunt; partim etiam, vt locus iste, in quo tanta superstitionis monumenta intuebantur, quiq; dæmonum furijs erat infestus, pijs Monachorum studijs, & sanctis Christianæ vitæ disciplinis initiatus, in Spiritus sancti habitaculum mutaretur.

Coptitarũ ad Christũ conuersorum, amor religionis.

Palladius in lausiaca.

Atque ij sunt, qui antiquam illam Aegyptiacam linguam, etsi, vt in regnorum mutationibus plerumq; fieri solet, admodum corruptam, ab interitu, à quo crescente Mahumetis imperio non longè aberat, vindicarunt; scriptis varijs illustrarunt, atque ad hæc vsque tempora propagatam ab oppido Coptos, vt quæ in tota reliqua Aegypto alijs iam linguis introductis, extincta à solis Coptitis vrbis accolis conseruata

Coptitæ primi linguam antiquã Aegyptiacã ab interitu vindicarunt, & ab vrbe CoptoCoptam primi appellarunt.

floreret, Coptam appellarunt. Vidi ego non in Vaticana solùm, sed & in alijs quoque celebrioribus vrbis Bibliothecis multos adhuc Copto charactere, linguaq; conscriptos codices; quorum alij grammaticas, onomastica, atque dictæ linguæ dictionaria, è quorum numero thesaurus ille linguæ Coptæ (quem ex arabico in latinum vertimus, & cuius ratione hunc Prodromum præmittendum censuimus) vnus quoque fuit. Alij verò sacræ Scripturæ fragmenta varia, libros, vt vocant, rituales, vitas martyrum, aliasq; sacras historias continent. quorũ catalogum vide in cap. 7. huius Prodromi. Retulit mihi quoq; supra citatus Petrus à Valle, multa egregia monumenta lingua Copta conscripta in Aegypto adhuc supereſſe, inter ea IV prima Concilia, Ecclesiasticam historiam, item Ecclesiæ Coptæ computum, aliaq; permulta ad rem Ecclesiasticam facientia; quæ si per Viros linguarum gnaros publici iuris fierent, non exiguum Reip. literariæ incrementum breui accessisse videremus. Verùm, vt plerumque fit, cùm in nullius, siue boni communis promouendi neglectu, siue excolendarum linguarum incuria cædere censeantur emolumentum, in blattarum lusus, & tinearum necesse est, vt abeant, alimentum. Sed spero, Eminentissime Princeps, te pro egregio illo tuo, ad literas instaurandas studio, affectuq;

Multi Coptici libri in Bibliotheca Vaticana.

Vtilitas librorũ Coptorum.

ctuq; admirabili, ad posteritatem tibi hoc immortali beneficio deuinciendam, vti in omnibus alijs rerum bene gerendarum occasionibus, ita in huiusmodi quoque curando negotio partes tuas desiderari nequaquam passurum. quod & mecum de tua magnificentia, quotquot reconditioris literaturæ amore feruntur, sibi indubitanter spondent. Sed redeamus ad Coptitas.

Innocentia, & zelus Coptitarum in fide.

Porrò è sacris historijs lingua Copta scriptis apparet, innocentissimæ vitæ homines fuisse Coptitas, atque adeò feruentes Christianæ vitæ cultores, vt nullis vnquam suppliciorum generibus à suscepta semel fide, vitaq; abduci potuerint. Patet id è crudeli illa atque formidanda Diocletiani Imperatoris persecutione; in qua anno dicti Cæsaris decimo nono, Marcellini Papæ septimo, salutis nostræ 302. teste Baronio, ad viginti millia Christianorum crudelitate inaudita, innumeris alijs in exilium amandatis, vitam glorioso agone finierunt. Quos inter Philoromus, & Philetas, (hic Thmui, alter Alexandriæ episcopali munere fungebatur) eximium sanè Christiani certaminis exemplum posteritati præbuere. Meminit huius crudelissimæ persecutionis Chronicon Alexandrinum.

Persecutio Christianorum Aegyptiorum sub Diocletiano.

C. Baron. ann. cit.

Chronicon Alexandrinum anno 19. Diocletiani

Ετους, inquit, ἰθ τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας κέ μαρτίου ἐν ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ἥπλωτο πανταχόσε ἐν τῇ Αιγύπτῳ καὶ θηβαίδι Βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκ-

κλησίας ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ θείας γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς τιμῆς καὶ ἀξίας ἐπιλημμένους, ἀτίμους; τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν τῇ τοῦ χριστιανισμοῦ προσθέσει ἐλευθερίας ὑστερεῖσθαι προαγορεύοντα. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἕτερα φοιτήσαντα γράμματα προσέταττε τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους, καὶ πάντας τούτους, καὶ πάντα τόπον, πρῶτον μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶτα ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἀναγκάζεσθαι. ὡς πολοὺς μὲν ἐκ τοῦ ποικίλως διαθλήσαντας τελειωθῆναι, πολλοὺς δὲ χαυνωθέντας καταπεσεῖν ἀπὸ δειλίας τὴν ψυχὴν προναρκήσαντας.

Anno, inquit, *Diocletiani* 19. *vigesimo quinto die Martij, ipso die paschatis vbiq; tum maximè in Ægypto, & Thebaide Imperatorum edicta sunt proposita, quibus iubebantur Christianorum templa à fundamentis euerti, sacrorum voluminum paginæ deleri, magistratus & honoribus insignes dignitatibus priuati in ordinem redigi; reliqui in familijs libertate exui, ni exuerent mentem Christianam. Nec multo post aliæ venerunt literæ, quæ imperabant, vti Ecclesiarum Antistites, omnesque, vbicumq; locorum essent, Christiani vinculis mandarentur, dein omni suppliciorum genere ad sacrificia cogerentur. Quo factum est, vt ab eo tempore multi exquisitis varijsq; tormentorum cruciatibus pro Christo occumberent, nec pauci stolidè præfidentes, postea animo præ metu cadentes ante supplicia deficerent ac laberentur.* & paulò ante, Olimpiade videl. 245. Πολλοὶ ἐμαρτήρησαν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου, καὶ Αὐγουστανικῆς καὶ ἕως Θηβαΐδος.

Persecutio.

καὶ κό-

κοὴ κόπτε. *multiq; ab Alexandria, & Ægypto, atque Augustanica, in Thebaidem & Coptum vsque cæsi occubuere.* Qua persecutione sanè maxima Aera Martyrum nomen inuenit, hoc est Epocha annorum, quam à glorioſa Martyrum circa Copton occisorum victoria ordiuntur. Verùm vt & annus Diocletiani, & Aera martyrum, similiaque meliùs intelligantur, visum fuit rem gestam vtpotè paucis notam, & vix ab aliquibus tractatam, ea, qua ex Arabicis, & Copticis monumentis fide eam desumpsi, breuiter hic & summatim interserere. Res itaque sic se habet. Aera Martyrū quid?

Euectus ad imperij culmen Diocletianus, cum inter cæteras prouincias bello subactas, Aegyptus maximè Achilla duce rebellasset, ex indignatione summa, ob contumeliam, vt ipse putabat, sibi à Refractarijs illis illatam; in furorem versus, mox ea expugnata non satis esse ratus est, Achillam iam in potestatem suam redactum, feris dilaniandum obijcere; sed vindictam quoque omni crudelitatis genere refertam, sibi exercendam existimans, in cuiuscumq; conditionis homines fœdum in modum debacchatus est. Verùm inter alia, tria potissimùm quæ persecutionem vehementer auxere, contra eos machinatus est. Primum fuit, vt omnes cùm aliorum, tum Christianorum libros sacros hinc inde per vniuersam Aegyptum collectos, Aegyptus rebellat Diocletiano.

abo-

aboleret, his enim abolitis, ad Romanorum ritus facilius eos allectum iri confidebat. Alterum erat, vt artem transmutationis metallorum interdiceret timebat enim, ne inde locupletiores facti Aegyptij, collectoq; exercitu multum Romanis imposterum fortassis facescerent negotij; Tertium denique erat, vt computus anni Aegyptijs vsitatam rationem, Romano stylo accommodaret. Duo prima, etsi multum in eis desudauerit, assequi nunquam potuit; hoc, vti voluit, ita & perfecit eo quo sequitur modo.

Annum Aegyptium antiquum vniuersum 1031 cuius vltimus dies fuit 12 Iunij, à Nabonassaro progredi permisit. & 311. annos assumens, ob 77 vices, quater à primo Imperij Octauiani Cæsaris Augusti anno elapsas, in quibus omnes præterlapsi bissextiles comprehendebantur, iussit; vt 13 die mensis illius totidem etiam dies numerarentur tanquam intercalares. Tum dies 78 anni currentis 312. in diem incideret sequentem post nouilunium Virginis, (quod fuit in 28. diem) in feriam scilicet sextam diei 29. Augusti, & dies hic semper imposterum ipsum principium esset mensis Theth noui illius anni reformati. Et sicuti post vltimũ mensem semper illi dies 5. intercalabantur: hoc non fieret nisi in 3 primis annis cõmunibus Iulianis, & in quarto bissextili, alter item

Anni Diocletianæi institutio.

dies

dies ad eos adijceretur, vt essent 6. sic annus ille continuo progressu, & æquali meta perpetuo ad annum Romanum responderet, & à suo nomine imposterum vocaretur annus Diocletiani. Obseruata quidem hæc omnia fuerunt dum ritus stetit paganus; & quidem ob eorum iam inolitam consuetudinem semper continuatam, vsque ad ætatem Abbatis Dionysij; qui consignatione annorum Christi proposita, iuxta suam computationem, statim recepta fuit à multitudine. Ad quod exemplum Aegyptiæ gentes, annum, quem habebant, retinentes, & conditione sua melius considerata, nomen odiosum profani illius Imperatoris in nomen alterum, videlicet fortissimorum Martyrum, qui sanguinem sub ipso fuderant, quem & posteri eorum in hunc diem seruant, mutarunt. Primò itaq; Thebais, & vicina Copto loca; postmodum Alexandrina sedes tanquam Metropolitana, quæ primo iuxta Dionysij computum, annos suos à primò Ianuarij, mortem SS. Innocentium insecuto, sumere solebat, suam etiam & ipsa particularem æram, vna cùm Ecclesia Coptana, ob similem alterum euentum, accepit: nempe à primo Thoth, qui mortem subsecutus est magnorum illorum Athletarum qui agonem suum dicto Diocletiani tempore gloriosè finierunt, initium faciens. atque hanc æram, nunc ab vrbe Copto

Institutio æræ Coptæ.

ثر

Tarich alschahada.

تاريخ القبطى tarich alkubti , nunc تاريخ الشهدا hoc est æram martyrum posteri , quæ & in hunc diem durat , appellare cæperunt . Meminit huius persecutionis , atque æræ martyrum Ignatius Antiochenus Patriarcha qui à Scaligero de ijs consultus ita in quadam epistola arabica ad quæsita respondet .

وايضًا انكم قد سالتم عن تاريخ الشهدا المستعمل من القبطى ما هو وما هو سبب تسميتها بهذا الاسم واعلم انّها مبدى من السنه التاسعة عشر الملك ديوقليطيانوس الاكبر التى فيها زاد الاضطهاد على النصرة وامر بهدم كنايسهم ويقتل كلّ من ما يذبح الاصنامهم واستشهد بهذا الامر على يده من مومنين واليه القبطى . ماية واربعه واربعين الف وسبعماية نفر ومن هذا اليوم يبدى تاريخ القبطى ويسمنه تاريخ الاشهد اى هولاى الذين اسفك دمهم ديوقليطيانوس .

Vvaaigdan enakom ked saaltom han tarich elschiahed el mestahemel men alkobti mahu vomahu Sabab tesmiteha behada elesm voahalem ennaha mebadi men alsaneh ekesahet hascher almelk Diuclitianus elkabar elledi phiha zad eladtahad alnazareth veamer behadm kanaishom,

hom, vaiaqtol kol men la ijdbahh elleſſanamhom voeſtaſched behad ellemer hala iadhoh men muminin vealih alkobti maiet voarbaheh voarbahain alf voſabha maieh nafar vomen had eliaum iebadi tarich alcopti vuiiſmaneh tarich elleſchad aihulai alledin eſphak damhom Dioclitianus.

Rurſus ait, quæſiuiſtis ſuper æra Martyrum vſitata à Coptitis, quæ & quam ob cauſam ita appellata ſit. Scito eius initium eſſe ab anno Regis Diocletiani impij decimo nono, in quo auxit perſecutionem contra Chriſtianos, cum edixiſſet eorum Eccleſias deſtruendas; item, vt quicunq; idolis non ſacrificaret, interficeretur. Quocirca hoc edicto martyrio coronati ſunt fidelium Terræ Coptæ centum quadraginta quatuor millia, ſeptingenta autem in exilium acta. Ab eo tempore incipit æra Copta, quam vocant æram Martyrum, eorum nempe quorum ſanguinem fudit Diocletianus. hæc Patriarcha. Vocat autem, hic Scaliger, manifeſto nomine Terram Aegypti, Terram Copti ab vrbe celeberrima Copto, ſicut æram Philippi, quà à morte Philippi Aegyptij vtebantur, Albategnius vocat ثريخ القبطى Tarich Elkupti. Sequuntur hos Aethiopes Abyſſini, qui hunc annum Diocletiani vocant. ዓመፕ: መሐተረ ። Amath macharath, hoc eſt annum gratiæ & miſericordiæ, neque alia hodie epocha vtuntur Abyſſini; quem-

Ignatius Patriarcha.

Ex Coptitis Chriſtianis martyrio coronantur. 144000. 700. in exilium miſſa.

Scaliger l. v de euſend. Temp. fol. 245. ed. pariſ.

Albategn. de computu annorum.

Aethiopes æram Coptam vocant annũ gratiæ.

admodum ex eorum computu conſtat; in quo Epactas aliosq; cyclos inueſtigaturi, de anno gratiæ pro radice computus accipiendo monentur: verùm quandoquidem ea verba ſæpè in eorum diarijs, ſeu Ephemeridibus occurrunt, viſum fuit aliquot eius ſchemata hic adiungere. ſic igitur dicunt.

Ratio cõputus Aethiopici.

Ex Ephemeride Aethiopica Bibl. Vatic. locul. num. 18.

ታኦሚሩ፡አም፡አዳም፡ አሸ፡ ይትረጸም፡ዓለም ። ለዘይትገበሪ፡ ዓመታት፡ ወዐለታት፡ወሰንበታት፡ዘከረስቶስ፡ያመተ፡መሐረት፡ ትአገዝ ።

Tamiru, am, adam, aſcha, iitfazam, alam, laziatgabara, amatat, vaabatat, vvaſanbatat, zachroſtos, amata, machrat, tachaz.

Hoc eſt, vt ſcias ab Adam vſq; ad conſummationem ſæculi, quomodo fiant anni, dies, ſabbaiha Chriſti; Accipe annum gratiæ in quo es. hæc ex Codice Abyſſino Vaticano. In literis quoq; ab Aethiopibus hic Romæ commorantibus ad me datis. in fine ſic ponitur.

Ex Epiſtola Aethiopica ad me data.

በረማ፡ዓመተ፡ መሐረት፡ ፫፡፴፫፡፬ ። ወበንሰበ፡ረቱዐ፡ ዘከም፡ዘሳስቡ፡ ከሎሙ፡ ከረስቲኣን፡ ፲፱፡፯፡ሠዐ ።

Beroma, amath, macharath, 334, vvabachaſaba, rithua, zacham, zachaſaba, chalomu, chriſtian, 1634

Hoc eſt. *Romæ anno gratiæ iuxta minorem numerum 334, iuxta computum verò rectum, quo omnes Chriſtiani vtuntur.* 1634. Sed hæc & ſimilia vbiq; paſſim in eorum libris obuia ſunt. Ego certè cum

Ratio Aethiopum computãdi annos.

mul-

multùm de Aeræ Coptæ ratione dubitarem, vtpote cui antehac de ea tractanti mihi non sine fundamento suspecta esset, verùm eam non in alijs tantum Arabicis Authoribus; sed & in hoc Codice, vel ipsis Coptitis confirmantibus, tandem veram deprehendi. Nam in libris suis passim Authoris, & professionis indicato nomine, ei annorum à Martyrum suorum transitu elapsorum numerum mox subiungunt. Sed quia res est scitu digna, visum fuit hic formulam eius ex fine Codicis nostri Copto-arabici decerptam subiungere. Sic author scribit.

Author Thesauri Coptarabici, in fine Codicis.

وناقله المسكين العادم الدربة التمكين الراهب
الحقير غبريال ابن الرشيد عرف بكاتب قطليك
وكان الفراغ من نقله بدير طمويه فى يوم الجمعه
الحادى العشرون من بابه سنة سنه وثلثين والف
الشهدا الاطهار رزقنا الله شفاعتهم امين والحمد
لله دايما:

Vanaqleh elmaskin, eldurbeth eltamkin elraheb, elhaquir Gabriel ebn elraschid haraph bectab catolika vcana alphraga men nacloh bdair Tamuih phi iaum elgemaha elhhadi elhaschiarin men schiahr Baba saneth sateh votlhatim volf elschiada elethahar razacna allah schaphahatom Amin voalhhemd lilah daiman.

Hoc est. *Et translator eius pauper & inops, directionis & firmitatis indigus, Monachus seu Religiosus humilis, & abiectus, Gabriel filius Arreschid, notus in libro* قطليك *KadeliKa, & perfecta fuit translatio eius in monasterio Thmui die Veneris, vigesima prima die mensis Papa (hoc est 18. Octobris) anno millesimo trigesimo secundo SS. Martyrum nostrorum, det nobis Deus terminum cum ijs Amen*. quibus vltimis verbis respondet Copticũ.

Hentirõpi namartyros niethuab,

ϧⲉⲛϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛⲁⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲡⲓⲉⲑⲟⲩⲁⲃ. &c.

hoc est. *anno Martyrum nostrùm sanctorum &c.* E quibus luculenter patet huius Codicis nostri Coptarabici Authorem Monachum professione fuisse, hominem religiosum, & modestum abhinc trecentis annis scripsisse; patet quoque eos nequaquam Christianorum æram; sed Martyrum suorum obseruare, quam & vernaculo, seu Copto nomine

Piopentegiptios.

ⲡⲓⲱⲡⲛ̀ⲧⲉⲅⲓⲡⲧⲓⲟⲥ ⸗

hoc est. *Aeram seu computum Coptum* vocant. quod nomen Scaliger se nescire fatetur l. v. de emendatione temporum, vbi ait, *Nullum dubium relinquitur in initio annorum Diocletiani; constat enim illud initium competere anno 284. Hoc non solum confirmatur ex epilogismis Theonis; sed*

etiam

etiam ex Ægyptijs Coptitis Christianis, qui ad hanc diem ea Epocha vtuntur, vocantq; eam arabicè تاريخ قبطى الشهدا *hoc est æram Coptam Martyrum. Quomodo autem sua lingua vocent, quæ est vetus Ægyptiaca, & qua in sacris & ritibus Ecclesiæ suæ vtuntur, equidem nescio.* hæc ille. Scaligor. l. v. fol. 245 lin. 8. Tarich Kubti Ischahada.

Hanc vero Martyrum æram in Aegypto in hunc diem durare, testantur literæ, quæ conseruantur in actis Apostolicis vnionis Aegyptiacæ Ecclesiæ cum Romana, quæ contigit Romæ sub Clemente Octauo in Vaticano, publico in Consistorio, anno Gregor. 1595. Expeditionis ipsius patriarchæ libelli, signati erant Cairi, Mesre vulgo dicta, feria 2. die 22. Nouemb. anno 1593. hac subscriptione facta.

فى يوم عشره سته من شهر هتور المبارك سنه عشر وثلثمايه والف الشهدا الاطهـــــار.

hoc est die 16. Mensis Hatur benedicti, anno à Sanctis Martyribus 1310. Epistola verò Ioannis Commus his verbis subscribitur

فى يوم السبت فى عشره اثنى من شهر كيهـــك القبطى فى سنه عشره وثلثمايه والف من السبـــى الشهـــدا الاطهـــــــــار.

Hoc est, die Sabbati 12. Mensis Coptici Choeac anno 1310. à captiuitate Martyrum Sanctorum. Atque hæc sunt, quæ de æra Mar-

Martyrum dicenda existimaui, nunc ad alia progrediamur.

Ritus Coptitarum similes ritibus Aethiopicis.

Porrò inter cæteros Orientalium Ecclesiarum ritus, Copticos seu Aegyptiacos in sacris administrandis, Aethiopicis ritibus maximè assimilari, non Ritualia tantum (vt vulgo dicuntur) sed & Liturgiæ vtriq; genti communes abundè demonstrant. Nam & cærimoniarum omnium rituumq; in ijs comprehensorum, ea est ad inuicem similitudo & affinitas, vt si verba excipias, rem eandem pœnè deprehendas; Verum operæ precium faciam, si rem vel vnico exemplo Missæ eorum, quam ijs, qui sequuntur ritibus peragunt, demonstrauero. Sacerdos Coptus, aut Aethiops statuta hora Ecclesiam intrat, ac congregato iam populo pontificali habitu amictus altare ascendit, Diacono clara voce intonante verba Copta,

Ratio missæ celebrandæ apud Coptitas.

ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲓⲛⲥⲁⲧⲁ ⳋ

Hoc est: prosit oblatio, queis effatis, alta quoque voce ad populum conuersus Sacerdos hæc verba sequentia ingeminat.

ⲟⲩⲥ ⲙⲉⲧⲁⲛⲁⲛⲧⲟⲛ ⳋ

Christus cum omnibus; cui respondet populus

ⲉⲙⲙⲉⲧⲁ ⲧⲟ ⲡⲛⲁ ⲧⲟⲥⲟⲩ,

& cum

& cum Spiritu tuo. Varijs itaque ritibus præmissis, & hymnis vltro citroque recitatis. trishagio illo denique, quod his verbis incipiunt

ϫⲟⲩⲁⲃ ⲥ̇ ϫⲟⲩⲁⲃ ⲥ̇ ϫⲟⲩⲁⲃ ⲥ̇

finito, Sacerdos patenam, calicem, cochlear, & hostiæ arculam, per quam ipsi arcam fœderis, sicuti per cochlear lanceam Christi mysticè significant, benedicens, extensis manibus sic oblationem orditur.

Quid Cochlear, & arcula hostiæ mysticè significent.

Ⲫⲏⲛ ⲃ̅ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓϣⲫⲏⲣⲛⲁⲛⲁⲓ-
ⲇⲓⲟⲥ ⲟⲩⲟϩⲡ̅ⲗⲟⲅⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲁⲧⲑⲱⲗⲉⲃ
ⲫⲓⲱⲧⲛⲉⲙⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲥ̇ ⲫⲓⲱⲧⲡⲉ//
ⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩⲡⲉⲛⲟⲩϯ ⲟ//
ⲩⲟϩⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛ̀ⲑⲟⲕⲅⲁⲣ ⲡⲉⲡⲓⲱⲓⲕⲉ//
ⲧⲟⲛϩ ⲉⲧⲁϥⲓ̀ⲉ̀ⲛⲉⲥ ⲥ̇ ⲛ̀ⲧⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛⲧⲫⲉ
ⲟⲩⲟϩⲁⲕⲉⲣϣⲟⲣⲡⲛ̀ⲭⲁⲕⲛ̀ⲟⲩ ϩⲓⲛⲃ ⲛ̀ⲁ//
ⲧⲁϭⲡⲓⲉ̀ϩⲣⲓⲡⲉϫⲉⲛ ⲡⲱⲛϧ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲥ̇
Ⲧⲉⲛϯϩⲟⲟⲩⲟϩⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ, ⲛ̀ⲧⲉⲙⲉⲧⲁ//
ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓⲙⲓⲁⲓⲣⲱⲙⲓ Ⲟⲩⲱⲛϩⲙⲓ ⲡⲉⲕ//
ϩⲟ ⲉϩⲣⲏⲓⲉϫⲉⲛ ⲡⲁⲓⲱⲓⲕ ⲫⲁⲓ ⲛⲉⲙⲉ̀ϫⲉⲛ
ⲡⲁⲓⲁⲫⲟⲧⲫⲁⲓ ⲥ̇ Ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁⲣⲭⲁⲩⲉϩⲣⲏⲓⲉ̀//
ϫⲉⲛⲧⲁⲓⲧⲣⲁⲡⲉϩⲁⲛ ⲛ̀ⲓⲉⲣⲁⲧⲓⲕⲏ ⲛⲧⲁⲕ//
ⲑⲁⲓ ⲥ̇ Ⲙⲟⲩⲉⲣⲱⲟⲩ ⲁⲣⲓⲁⲅⲓⲁϩⲓⲛ ⲙⲙⲱⲩ
ⲙⲁⲧⲩⲃⲙⲓⲟⲩ Ⲟⲩⲟϩⲟⲩⲟⲑⲃⲟⲩ ϩⲓⲛⲁ//
ⲡⲁⲓ//

Oblatio Copta ex Missali, seù Rituali Copto Vat. nu. 11. 12. 13.

ⲡⲁⲓⲱⲓⲕ ⲙⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉⲡⲉⲕ//
ⲥⲱⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⸗ ⲡⲓⲑⲱⲧⲇⲉⲉⲧϩⲉⲛ//
ⲡⲁⲓⲁ ⲫⲟⲧ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉⲡⲉⲕⲥⲛⲟϥ ⲉⲧⲧⲁⲓ//
ⲏⲟⲩⲧ ⸗

Hoc eſt

O Domine Ieſu Chriſte, diuinæ eſſentiæ particeps, Verbum immaculatum, coæqualis Patri, & Spiritui ſancto, pater noſter, dominus noſter, Deus noſter, & ſeruator noſter; tu es panis ille, qui de cælo deſcendit, qui veniſti vt eſſes agnus immaculatus pro redemptione, & vita mundi; Rogamus, & deprecamur bonitatem tuam; vt ponas ſuper hoc ſanctum myſterium faciem tuam; ſuper hunc panem, & ſuper hunc calicem, qui ponimus ea ſuper hanc menſam Sacerdotes tui; Benedic, ſanctifica, munda, & transfer panem hunc in corpus tuum ſanctum, (ſeu carnem tuam ſanctam) & Vinum quod eſt in hoc Calice in ſanguinem tuum precioſum &c. quæ in Liturgia Aethiopica ijſdem propè verbis habentur. Verba ſequuntur.

Aethiopica oblatio.

አለቅ፡ ኢየሱሰ፡ ክርሰቶሰ፡ ዘኢተገብረ፡ ሀሊቁሁ፡ ቂል፡ ንጹሕ፡
ወልደ፡ አበ፡ ወመንፈስ፡ቅደስ፡ኣንተ፡ ዉአቱ፡ ኀብስተ፡ሐወት፡፡
ዘወረደ፡አምሰማይት፡ ወአቅደምከ፡ ከዊነ፡ ከመ፡ በግዕ፡ ንጹሕ፡
ዘአልቦ፡ ነዑ፡ ረበአንተ፡ ሕየወተ፡ ዓለም ። ወያአዜኒ ፡ንስአል፡
ወንኃሥሥ ፡ ሒራቲከ ፡ ሠናይቲከ ፡ አመፋቀሬ ፡ ሰብኣ ፡
አርኢ፡

አርኢ ፡ ገጻከ፡ ለዕለ፡ ዝንቱ ፡ ኀብስት፡ ወለዕለ፡ ዝንቱ ፡ ጹዋዓ ፡ ዘአነበርነ፡ ለዕለ፡ ዝንቱ ፡ ታቦት ፡ መነፈስዊ ። ዘለከ፡ ባርከሙ ፡ ወቀድሶሙ፡ወአንጽሐሙ።ወሚጦ፡ለዝንቱ፡ኀብስት፡ከመይኩን ሥገከ፡ ነፁሐ፡ ዘተይመር፡ ምስለ፡ዝነቱ፡ጽዋዕ፡ ደሞከ፡ ከቡር፡

Alak Iaſus chroſtos zaitagabra holikehu Kal nezuhh walda aba vemanphas Kedus enta. vaatu hobſata chauat zawarada em ſamaiat vaakdamacha chawina chama bago nazuhh zazalbo nauura baenta chawata alam. waiaazeni neſal wanhiſchoſch chiruta ſaniaticha emfakare ſabaa arij gazach laala zantu, ob ſata wahaala zantu zuuaa zaanbarna laala zantu tabot manfas wi zalacha barachmu wakaduſmu waanzuchmu wamitho lazantu hobſata cham iaehun ſagoch nazuhh zatadamra maſla zantu zuwaa dmacha chabur.

Quæ verba ſic verto.

O Princeps noſter, Ieſu Chriſte, cuius ſubſtantia creata non eſt. Sed es purum verbum, tu es Filius Patris, tu es panis vitæ, deſcẽdens de cælo, qui antequã venires, eras in figura agni immaculati pro redẽptione mundi, nunc bonitatem tuã, ò amator hominum humiliter imploramus, vt faciẽ tuam ſuper hunc panem, & calicẽ in hoc altari oſtendas. † Benedic † Sanctifica, † munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam; & vinum hoc in ſanguinem tuum pretioſum &c. quæ ſequuntur. Quæ Coptæ Liturgiæ ita reſpondent, vt in nullo diſcrepent; in cæteris eſt ijs in-

Queis verbis oblationẽ peragant Aethiopes.

censandi ratio eadem, eadem confessionis dicendæ formula, eadem consecrationis verba (quæ & communia habent cum alijs Orthodoxis Ecclesijs.) Idem adorationis actus, quem Coptita Sacerdos, peracta consecratione sic orditur.

num. 11. fol. 36. Actus adorationis Sacerdotis Coptitæ.

ϯⲛⲁϩϯ·ⲥ· ϯⲛⲁϩϯ·ⲥ· ϯⲛⲁϩϯ·ⲥ· ⲟⲩⲟϩ
ϯⲉⲣⲟⲙⲗⲟⲅⲓⲛ ϣⲁⲡⲛⲓϥⲓⲛ̀ϧⲁⲉ̀ϭⲁⲣⲝ
ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⲉ̅ⲧⲁⲡⲉⲕⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ϣ//
ⲏⲣⲓ ·ⲥ· ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩⲡⲉⲛⲟⲩϯ ⲟⲩⲟϩ//
ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅·ⲥ·

Quæ sic è Copto verto, Credo, credo, credo & confiteor ex tota anima mea, quod hoc ipsum (quod est in manu mea, illud est corpus viuum Filij tui Vnigeniti Domini nostri, Dei nostri, ac Saluatoris nostri Iesu Christi &c. Quæ Aethiopico omnino respondent vti post videbimus. Eędem igitur fidei, commemorationis, aliarumq; benedictionũ formulæ, verba eadem omnia sunt. Cuius quidem affinitatis causam aliam non reperio, nisi, quod Ecclesia Aegyptia, & Aethiopica, sicuti ab vno semper Episcopo, eoq; Alexandrino administrata fuit; sic ab eodem ritibus ferè ijsdem, cerimonijsq; imbuta, alias facilè neglexit. Aegyptiam autem Ecclesiam, & Aethiopicam eandem fuisse, præter ea quæ dicta sunt, ostendunt Nicephorus, Zonaras, Cedrenus, Chronicum Alexandrinum, ipsa denique ritua-

Quæ sit causa affinitatis rituum Coptorũ, & Aethiopicorum. Aegyptia, & Aethiopica Ecclesia vna. *Nicephorus hist. trip. Zonaras. Cedrenus. Chronicon Alexãdrin.*

lia

lia Aethiopica: Nam in communi commemoratione, quam pro felici ſtatu Eccleſiæ Aethiopicæ, Regis Claudij, Principum ac Iudicum eius, ſubditorumq; ſalute faciunt, Pontificis quoque Alexandrini ſpecialis fit mentio; hiſce verbis.

በአንተ : ሊቅነ : ሊቀ : ጳጳሰነ : አባ : አገሌ : አግዚአ : ርአሰ : ኤጲስቆጶሰት : ለዓበይ : ሀገር : አሰክዮርየ : ወርአሰ : ሀገርነ : ክቡር : ጳጳሰነ : አባ : አገሌ :: ወኩሎሙ : አጲስቆጶሰት : ቀሰውሰት : ወዲያቆናት : ርቱዒነ : ሃሃይማኖት ::

Baanta likan lika Papaſna aba agale Agzia Raaſ Episko paſat laabaia, hagara alaſachanduraia, waraas hagarana, chabura Papaſana Ab Agale, va cholumu Episkopasat Kas wu sat, vaduiakont ratuana hahe iama not.

Rituale Aethiopicum, & miſſæ Romæ impreſſa vnà cum Euangelijs fol. 8. Aethiopes orant pro Archiepiſcopo Alexandrino, tanquam pro capite Eccleſiæ.

Quæ verba ex abyſſino tranſlata ſic ſonant. Orate pro principe noſtro, principe Archiepiſcoporum noſtrorũ Gabriele, domino, & capite Epiſcoporum Magnæ Prouinciæ Alexandriæ. & pro capite patriæ noſtræ venerando Archiepiſcopo noſtro Marco, ac omnibus Epiſcopis, Sacerdotibus, & Diaconis rectæ fidei.

In alijs quoq; commemorationibus ſequentium SS. Marci Euangeliſtæ, Theonæ, Petri, Alexandri, Athanaſij, Theophili, Cyrilli, aliorumque Epiſcoporum Alexandrinorum paſſim mentionem faciunt. Quæ ſatis oſtendunt Aegyptiam, & Aethiopicam, in vnam coiſſe Eccleſiam; non ſecus ac veterum Aegyptiorum Aethiopumq;

Sicut olim communis erat Aegyptiorum, & Aethiopũ religio, sic & post Christũ.

pumq; profanam Ecclesiam, atque idololatricam religionem, quam vtrique genti communem fuisse Diodorus docet. Ritus enim, & cerimonias, consuetudinesq; Ecclesiam, caputq; eius comitari, nos quotidiana docet experientia.

Cur Aethiopes æram suã vocẽt ærã Martyrũ.

Cur Aethiopum æra vocetur gratiæ.

Atque ex dictis quoque patet, cur cum Coptitis Aethiopes eadem æra Martyrum vtantur? Cum enim vnam Ecclesiam sub vno Pastore constituerent, diraq; Diocletiani persecutione non Aegyptij tantum; sed & Aethiopes quoque infestati, ac grauissimis tormentis sublati pro Christi nomine, Martyrij coronam adepti sint; communi quoque æra eos, videlicet epocha, seu radice, qua in memoriam gratiæ tot sanctis concessi à Deo Martyrij, computandorum annorum initium sumerent, gaudere decebat. Vnde miror, Scaligerum cætera perspicacem, in expensione horum annorum gratiæ, tam subitò ignorantiam suam fateri voluisse; verba eius sunt. *Annum gratiæ vocant Æthiopes æram Diocletiani, qua vtuntur; causam appellationis ignoro.* & in fine discursus, *Æstuaui aliquantum priusquam hos annos gratiæ intelligere potui.* Sed mirum non est, virum vti in hoc, ita in multis alijs peccasse; vt, qui libros eorum non viderit, vel visos non intellexerit.

Scaliger. l. 7. de em. tẽp. in annot. Aeth. fol. 339. ed. Paris.

Quid annus gratiæ apud Aethiopes.

Porrò sicuti Copto-Aethiopica Ecclesia primis temporibus sanctis moribus, & institutis

in-

instructa, egregios in Christiana perfectione progressus fecit, sic successu temporum, (quæ est rerum humanarum vicissitudo & inconstantia) alijs atque alijs schismatis, ab vniuersali Ecclesiæ corpore, diuersis temporibus diuulsa, & prauis Dioscori aliorumq; dogmatis infecta, sancta esse desijt, nec ei præter ritus & cerimonias in sacris obeundis, quas non obstante schismate, illibatas semper retinuit, quicquam remansit. Vti patet ex eorum monumentis, quæ hic Romæ in hunc diem conseruantur, in quibus etsi particulares hæreses, alijque errores notabiles, quantum quidem obseruare licuit, non reperiantur, schismatis tamen alijs atque alijs temporibus facti, manifesta passim apparent indicia. Nam præter Alexandrinum Pontificem, seu Patriarcham, neminem alium agnoscunt Ecclesiæ Præsidem. In Liturgijs quoque eorum multa, quæ in antiquis patrum Cyrilli, Basilij, Gregorijque Liturgijs desunt, adiuncta reperio. Quemadmodum ex formula confessionis, quam offertorio subiungunt, patet. Vbi Coadiutor Sacerdotis, ita confessionem orditur. *Serui tui hodie ministrantes Sacerdos, Diaconus, & omnes Ministri, populus, & ego pauper seruus tuus, & peccator absoluamur, per os Trinitatis Sanctæ, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, & B. Mariæ cæli secundi, Matris Dei, per os Michaëlis, Gabrielis,*

Copto-Aethiopica Ecclesiæ, schisma.

Copto-æthiopica Ecclesia, aliũ præter Alexandrinũ Pontificẽ nõcognoscit.

Formula Confessionis vsitata dictæ Ecclesiæ.

lis, Raphaelis, Vrielis, & omnium Archangelorum, & nonaginta nouem ordinum Angelorum, & mille millium ministrantium, & quorum nomina numerare nescimus, & 4 animalium, qui 6 alas habent, Seraphim, & Cherubim qui cum 2 alis suis faciem suam, & cum duabus alis suis, pedes suos tegunt, cum duabus verò volant à fine mundi ad finem, & 24 Seniorum, & primorum Sanctorum Patrum, & quindecim Prophetarum, ac quatuordecim millium puerorum Bethleem, item per os 12 Apostolorum, & Sancti Iacobi Episcopi Hierosolymitani, & S. Pauli, Timothei, Syllæ, Barnabæ, Titi, Philemonis, Clementis, & omnium septuaginta duorum Discipulorum, & quingentorum suorum sociorum, & per os sancti Marci diuinitatem clamantis, & aliorum Euangelistarum, & per os trecentorum & decem & octo Episcoporum; qui recta fide in Nicæna Synodo congregati fuerunt, & centum quinquaginta in Constantinopolitana; & ducentorum in Synodo Ephesina, & per os Pontificis nostri Saueros, (Seueri) Ioannis Chrysostomi oris aurei, Cyrilli, Basilij, Theophili, Athanasij, Gregorij, & Pontificum nostrorum, Matthæi, Gabrielis, Ioannis, Salamæ, Bartholomæi, Isaac, Marci, & per os Ecclesiæ Vnicæ, quæ congregata fuit per Apostolos Sanctos, & per me peccatorem absoluamini, & impleamini gratia, ad gloriam, & honorem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Quo facto

cto Diaconus clara voce dicit. *Omnes qui non amant Dominum nostrum, & in natiuitatem eius, minimè credunt, & in sanctam Mariam Virginem, anathema sint, vsque ad aduentum eius.* Quæ omnia absunt à reliquis Liturgijs. Verùm hoc loco nequaquam prætereundi nobis sunt ritus, ac cerimoniæ, quas in consecratione corporis, & sanguinis Domini vtraque gens obseruare solet. sic itaque, vt breuiter me expediam, sese res habet. Sacerdos Aethiops trisagio dicto sese accingens ad consecrationem, dicit alta voce. *Extendit manus suas ad infirmitatem, infirmatus est, vt infirmos sanaret in te sperantes, qui & in ea nocte in qua traditus est, accepit panem in sanctas & puras manus suas, inspexit in cælum ad te patrem suum, gratias egit, benedixit, & sanctificauit, & dedit discipulis suis dicens, accipite & comedite ex eo omnes.*

ዝሕብስት፡ ሥጋየ፡ ውኑቱ፡ ለዘ፡ በኦንቲለከሙ፡ ይትፈተት፡ ለሕድገተ፡ ኃጢአት፡ አሜነ፡

Zach-obsata schgoia Vuuatu laza baantiachama latfatat lahhdugata hhathiat, Amen.

Hic panis caro mea est, quæ pro vobis tradetur in remissionem peccatorum, Amen.

Populus verò dicit.

የ፡ ሕዘብ፡ አሜነ፡ አሜነ፡ አሜነ፡ ነአምን፡ወንትአመን፡ነሴብሐከ፡ አአገዚአነ፡ ወአመለከነ፡ ዝንቱ፡ ውኑቱ፡ በአማን፡ ነአምን፡ ሥጋከ፡

Amen,

Amen; Amen, Amen, naemen vantaemmen nesebhhacha aagziana vaamlachna Zantu vuatu baemen naemen schagoch.

Amen, Amen, Amen, credimus & confidimus, & laudamus te, ò Domine Deus noster. Hoc est (in veritate credimus) caro tua.

Sacerdos dicit.

ወከማሁ ፡ ጸዋዐኒ ፡ አአኩቶ ፡ በረከ ፡ ወቀይሰ ፡ ወይቤሎሙ ፡ ንሥኡ ፡ ሰትዩ ፡ አምኔሁ ፡ ኩልክሙ ፡ ዝጽዋዕ ፡ ይምየ ፡ ውአቱ ፡ ለዘበአንቲአክሙ ፡ ይትኮዒው ፡ ለቤዛ ፡ ብዙኃን ። አሜን ።

Vachamahu zuuaani aachuto, baracha, vakadiso, waiabelomu naschu satiu emnihu chulchamu zazuuaa damaia watu lazbaantiachamu iatchaiuu labeza bzuhhan. Amen.

Similiter calicem, gratias agens, benedixit & sanctificauit, & dixit eis, accipite, & bibite ex eo omnes. Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorum. Amen.

Populus verò respondet.

አሜን ፡ አሜን ፡ አሜን ፡ ንአምን ፡ ወነትአመን ፡ ንሴብሐከ ፡ አአግዚአነ ፡ ወአምለከነ ፡ ዝንቱ ፡ ነአምን ፡ በአማን ፡ ደምከ ።

Amen, Amen, Amen, naemen wantaemen nesebhach aagziana Vaamlachna zantu naemen beeman dmacha.

Amen, Amen, Amen, credimus & confidimus, & laudamus te, ò Domine Deus noster.

Hic

Hic (in veritate credimus) ſanguis tuus eſt. Atque hæc quoad conſecrationem Abyſſinis vſurpatam. Coptitæ vero dicto Triſagio illo ſolemni, his verbis inchoant conſecrationem.

Conſecratio Corporis, & ſanguinis Domini iuxta Coptitarum ritus.

Ⲁϥⲭⲱⲗⲉⲛⲁⲛ ⲉϧⲣⲏⲓ ⸗ ⲙⲡⲁⲓⲛⲓϣϯ
ⲙ̀ⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲉϥ
ⲑⲏϣⲅⲁⲣⲉⲧⲏⲓϥⲉⲫⲙⲟⲩ — ϧⲁⲡⲱⲛϧⲙ//
ⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⸗ ϯϥϭⲓⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲕ ⲉϫⲉⲛⲛⲉϥ//
ϫⲓϫ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⸗ ⲛ̀ⲁⲧⲁϭⲛⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲧ//
ⲑⲱⲗⲉⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲟⲩⲟϩ//
ⲛ̀ⲉⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⸗ Ⲁϥϫⲟⲩϣⲧⲉ ⲡϣⲱⲓ
ⲉⲧⲫⲉ ϩⲁⲣⲟⲕ ⸗ Ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲫⲱϥⲛ̀ⲓⲱϯ ⸗
Ⲫϯ ⸗ ⲟⲩⲟϩ Ⲫⲛⲏⲃ ⲛ̀ⲧⲉⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲃⲉⲛ ⸗
Ⲉⲧⲉϥϣⲉⲛϩⲙⲟⲩ ⸗ (ⲗⲁⲟⲥ ⸗ Ⲁⲙⲏⲛ ⸗)
ⲁϥⲥⲙⲟⲩⲉⲣⲟϥ (ⲗⲁⲟⲥ ⲭⲱⲙⲙⲟⲥ Ⲁ//
ⲙⲏⲛ) ⲁϥⲉⲣⲁⲅⲓⲁⲍⲓⲛ̀ⲙ̀ⲙⲟϥ (Ⲁⲙⲏⲛ)
Ⲫⲁϣϥⲧⲏⲓϥⲓⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥⲛ̀ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀//
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⸗ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟ//
ⲩⲁⲃ ⸗ ⲉϥⲭⲱⲙⲙⲟⲥ ⸗ ⲭⲉϭⲓⲟⲩ ⲱⲙⲥ//
ⲃⲟⲗⲏϧⲏⲧϥⲧⲏⲣⲟⲩ ⸗

ⲪⲀⲒ ⲄⲀⲢ ⲠⲈⲚⲀⲤⲰⲘⲀ
Ⲉⲧⲟⲩ ⲛⲁⲯⲁϣϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ ⸗
Ⲛⲉⲙϩⲁⲛⲕⲉⲙⲏϣ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲏⲓϥ ⲉⲛ̀ⲭⲟ//
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ - ⲫⲁⲓ
ⲁⲣⲓⲧϥ ⲉⲡⲁⲉⲫⲙⲉⲩⲓ ⸗
Ⲡⲁⲓⲣⲓϯⲟⲛⲡⲓ ⲕⲉⲁⲫⲟⲧ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁⲡⲓ//
ⲇⲓⲡⲛⲟⲛ ⸗ ⲁϥⲑⲟⲧⲏⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛⲟⲩ ⲏⲣⲡ//
ⲛⲉⲙⲟⲩⲙⲱⲟⲩ ⲉⲧϥϣⲉⲛϩⲓⲙⲟⲧ (Ⲁⲙⲏⲛ)
ⲁϥⲱⲟⲩⲉⲣⲟϥ (Ⲁⲙⲏⲛ) ⲁϥⲉⲣⲁⲅⲓⲁϩⲓⲛ
ⲙ̀ⲙⲟϥ (Ⲁⲙⲏⲛ) Ⲁϥϫⲉⲙϯⲡⲁϥⲧⲏⲓ//
ϥⲟⲛ ⲛ̀ⲏⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥ ⲛⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⸗
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟⲛⲁⲃ ⲉϥⲭⲱⲙ//
ⲙⲟⲥ ⸗ Ϫⲉⲥⲱⲉ ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧⲓⲧⲓⲣⲟⲛ ⸗

ⲪⲀⲒ ⲄⲀⲢ ⲠⲈⲠⲀⲤⲚⲞϤ
ⲛ̀ⲧⲉϯ Ⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏⲟⲓ̀ⲃⲉⲣⲓ
Ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲫⲟⲛϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ ⸗
ⲛⲉⲙϩⲁⲛⲕⲉⲙⲏϣ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲏⲓϥ. ⲉⲛⲭⲱⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲫⲁⲓ ⲁⲣⲓⲧ//
ϥⲉⲡⲁⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⸗

Trisagio itaque solemniter decantato Coptita Sacerdos; his verbis orditur consecrationem. *Dominus noster Iesus Christus, qui posuit nobis mysterium magnum in signum quod ille traderetur in mortem pro vita & redemptione mundi; Accepit*

panem

panem in sanctas incontaminatas, puras, & illibatas manus suas. & aspiciens in cælum ad te, Deus, qui pater eius es, &, Dominus omnipotens; gratias egit (hic respondet populus Amen) *& benedixit eum* (populus dicit Amen) *& sanctificauit eum* (populus dicit Amen) *deditq; eum discipulis suis, & Apostolis Sanctis, dicens accipite & comedite de eo ipso omnes vos.*

Hoc enim est Corpus meum.

Quod pro vobis, & pro multis frangetur, & dabitur in remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem.

Similiter autem & post cænam accepit Calicem, & miscuit illum cum vino, & aqua, & adorauit (respondet populus Amen) *& benedixit eum* (Amen) *& sanctificauit eum* (Amen) *& gustauit, & dedit etiam discipulis suis, & Apostolis Sanctis, & dixit. Accipite de eo omnes vos.*

Hic enim est Sanguis meus noui testamenti,

Qui effundetur pro vobis, & pro multis dabitur in remissionem peccatorum, in memoriam meam.

Atque hæc est formula consecrationis Coptitis ante mille, & quadringentos circiter

annos vsitata, ex qua vel maxime apparet cùm primorum Christianorum in obeundis Sacramentis deuotio; & SS. Eucharistiæ antiquitas, tùm Ecclesiæ Catholicæ in confectione eiusdem hucusq; non interrupta consuetudo, vniformitas, & conuenientia.

Multa hic alia de ritibus eorum proferre possem, sed quia ea omnia in aliud tempus reseruaui, ne Prodromi huius limites excedere videar, consultò hic de ijs plura dicere supersedeo. Hoc vnicum addam, plurimum huiusmodi Liturgiæ Coptæ antiquitatẽ sanè maximam profuturam, cùm ad confirmandas Sacramentorum cerimonias, tum dogmata hac tempestate controuersa. Maximè hoc seculo calamitosissimo, quo Heterodoxis nostris non satis est, probris, conuitijs, libellis famosis, contumelijs blasphemijs sacros Ecclesiæ Catholicæ ritus, augustissimumque Missæ sacrificium impugnare, sed & ipsi deniq; corpori, & sanguini Domini violentas manus inferre, sanctaq; eius conculcare & contaminare; Insuper ipsius Missæ exsufflatores, prorsus iugem illam hostiam sublatam à medio volunt, & abominationem desolationis, ante consummationem temporum à Daniele definitam, introducere nituntur. Quæ mentis insania certè facilè retundi poterit; si ostenderimus Missam non nuperam, non à Papistis (vt calumniantur)

con-

confictam, non à D. Gregorio Papa primum introductam; sed à Christo institutam, ab Apostolis vsitatam, à primitiuæ Ecclesiæ patribus, primis illis sex à Christo incarnato seculis, certis quibusdam cerimonijs ac precibus auctam; quod eximiè sanè præstare poterunt Ecclesiæ Coptæ Liturgici libri, omnium qui è manuscriptis supersunt, antiquissimi. Verum horum editionem relinquimus Sacræ illi Eminentiss.^rum Cardd. quæ à Fide propaganda nomen habet, Congregationi, quam pro egregio suo zelo, affectuq; quo in huiusmodi studia nullo non tempore fertur, magnificè sanè præstituram non dubito.

CAP.

CAP. III.

De Colonijs Ecclesiæ Copto-Aethiopicæ in alias mundi partes traductis.

REcensitis ijs, quæ de ritibus, & cerimonijs Ecclesiasticis Ecclesię Copto-Aethiopicæ vsitatis dicenda occurrebant; dubium modo non leue occurrit, vtrum videlicet prædicta Ecclesia alia quapiam præter memoratas linguas, in sacris suis lingua sit vsa? an non: dubium mouent notæ marginales Codicum tum Aegyptiorum, tùm Aethiopum, quas antiquo illo charactere Syriaco, quem اسطرنجيلا Estrangelo vocant, passim conscriptas reperio; An illud forsitan, quod è Syria in Aegyptum, & Aethiopiam, vtpote confines regiones traductæ Coloniæ, & linguæ Syræ, & characterum fuerunt traditrices? certè argumenta quamplurima coniecturæ factæ veritatem comprobare videntur.

Vtrum è Syria in Aegyptũ, & Aethiopiam Coloniæ trãsmissæ.

At primo quidem ipsa Aethiopica lingua, quæ si pauca exceperis, Syræ, vel Chaldææ (confunduntur enim hæ duæ linguæ passim ab Authoribus) prorsus affinis est. Deinde monimenta varia, & Codices dicto charactere conscripti

pti apud Aegyptios, & Aethiopes in hunc diem (vt Franciscus Aluarez tradit) adhuc superstites. Quod & Sacerdotes Abyssini, (quibuscum maxima mihi hic Romæ, dum hæc scribo, commercium est, quorum & nomina sub censura Aethiopica huius libelli reperies) testantur. Aiunt enim, libros suos, & sacra volumina duplici quondam charactere à Monachis Abyssinis fuisse conscripta; Quædam antiquo Suriano (quem & Sanctum ob causam paulò post indicandam vocant) quo soli Sacerdotes & doctiores olim vtebantur; cætera vulgari & communi, quo in hunc diem omnes Abyssini promiscuè, cuiusmodi & nos in hoc opusculo passim exhibemus, vtuntur. atque hosce characteres illius linguæ propriè Aethiopicæ esse, quam ግዕዝ Geets, idest liberam vocant, quòd à nulla alia (vt gloriantur) originem duxerit: illos Surianos esse, siue Chaldaicos, à quibus Aethiopica lingua à non paucis postmodum Chaldæa, seu Assyria appellata fuerit.

Aethiopica lingua, Chaldææ affinis. *Franc. Aluarez in l. de rebus Aethiopicis.*

Suffragantur in his omnibus opinioni meæ Authores non vulgares, C. Baronius. Author Chronici Alexandrini, Zonaras, Cedrenus, Franciscus Aluarez, alijq; quibus adstipulatur Scaliger l. 7. de emendatione temporum. *Arabes*, inquit, *vicini hodie eos vocant* حبش *habaschi, & nos inde Abassenos, vel vt alij Abyssinos, ipsi vero*

C. Bar. t. 1. ann. 134. Chronicon Alex. anno 1260. Scalig. fol. 338. Abyssini se vocant Chaldæos

vero se vocant Chaldæos. neque frustra, lingua enim elegantissima & vetustissima qua libros sacros, & profanos conscriptos tenent, proximè abest à Chaldæa, seu Assyria. Quæ ijsdem penè verbis P. Nicolaus Codignus refert. l. de rebus Abyssinis c. 17.

Nicol. Codignus l. de abyss. rebus. c. 17.

Porrò Colonias multas ex Assyria in Aethiopiam traductas, & lingua Chaldaica etiam temporibus Iustiniani eas vsas esse refert vetus historia Ecclesiastica, & ex eadem Nicephorus l. 9. c. 18. Eos verò eadem historia Ecclesiastica Auxumitas vocat, à regia nomine Ἄξυμα, cuius etiam Ptolomæus meminit; ipsi vero teste Aluarez vocant ሐኩሙ Chassumu. Verum Nicephorum de his audiamus. *Porro*, inquit, *ex India, & Arabia magna ad Auxumitas Æthiopas Theophilus est progressus. qui in primis rubri maris littoribus habitabant, quod Oceanus sese vt illi insinuans, efficit, quod sanè rubrum mare in maximam longitudinem protensum, in duos diuiditur sinus. horum alter quidem ad Ægyptum exundans procedit, vbi etiam nomen sibi suum ferre desinit, quem antiquitus filij Israël Ægyptios fugientes siccis pedibus transière, alter ad palæstinam excurrit prope vrbem, cui vetus nomen est Æla. In rubri istius maris partibus exterioribus ad sinistram Auxumitæ sunt, quorum metropolis est Auxumis. Ante hos verò ad extimum pertingentes*

Nicephor. l. 9. c. 18.

Aluarez cit. loco.

Aethiopes Auxumitæ.

Ocea-

Oceanum Orientem versus, Assyrij, apud quos etiam hanc appellationem habeat, quos Alexander Macedo, è Syria pulsos, Colonos eo deduxit. ij ad hoc vsque tempus patria vtuntur lingua. (quæ est Syriaca.) hæc Nicephorus. Atque his ita probatis certè non video, cur quispiam de lingua Syra Ecclesiæ Copto-Aethiopicæ, seu Alexandrinæ in sacris vsitata dubitare amplius possit, cum & hæc Ecclesia, cum Syriaca maximum nullo non tempore vltrò citròque habuerit commercium; accedit quod verisimile sit, Ecclesiam dictam Syram linguam tanto didicisse ardentius, quanto & ipse lingua, vtpotè ore Christi nobilitata, & excellentior erat & sacratior. Quod vero huius eiusdem linguæ nominumq; quorundam Aethiopibus, vti & Aegyptijs, Syrisq; vsitatorum, non in Asiæ tantum remotioribus regionibus, sed & vsque adeò in ipsa India, extimoq; Sinarum regno in hunc diem vestigia reperiantur, res haud dubio omni admiratione digna est; monumenta inquam Euangelij quondam in Chinam transportati, partim Sinicis, partim Syriacis literis conscripta, vna cum eorum nominibus qui ibidem dicti Euangelij fuerant prædicatores, qui quidem alij (vti è sequentibus patebit) non erant, nisi Syri, Aegyptij, Coptitæ, & Aethiopes; quæ verò hæc fuerint monumenta, & quomodo in Chinam peruenerint in gratiam cu-

rioſi Lectoris, hic declarare, id ipſa rei & dignitate, & vtilitate, raritateq; vel maximè poſtulante grauari nec debui, nec potui; res itaq; ſic ſe habet. Anno 1625 cum in Villa Sanxuen dicta in magno Sinarum regno, eruta terra, foſſa quædam fundamentis muri cuiuſdam collocandis præpararetur, contigit, vt Operæ inter cætera monimenta, in ingens etiam ſaxum, Sinicis characteribus eximiè ornatum inciderent, de inuento monumento mox certior factus loci gubernator, qui cum venerandæ antiquitatis veſtigia attentius fuiſſet intuitus, propediem ſcripto quodam in inuenti monumenti laudem edito, in altero eiuſdem quantitatis lapide totam inuenti ſaxi perigraphen incidi ijſdem characterum, notarumq; ductibus, ea qua par erat fide, incidi curauit; poſitamq; in montis cuiuſdam in primaria vrbe Sigàn exiſtentis Heremitorio, inuentæ antiquitatis Theſaurum æternæ memoriæ conſeruatum poſuit. Porrò Patres Societatis noſtræ, qui eo ipſo tempore fortè in eandem prouinciam recens appulerant, cum multa, fama paulatim longè lateq; percrebreſcente, de inuento monumento percepiſſent, ad id inſpiciendum, non tam humano quam diuino inſtinctu compulſi, eò & ipſi ſe contulerunt; Erant autem ad interpretationem inſcriptionis ritè perficiendā, multi è propinquis locis, & ex Bontzijs, & Manda-

darinis accerſiti; Variæ erant variorum de hac inſcriptione ſententiæ & opiniones, quæ tamen in hoc quadrabant omnes, Legis videlicet magni, & veri Dei aliundè in Chinam quondam tranſlati, promulgatiq; interpretationem eſſe. patres itaque in omnem animarum Deo lucrandarum occaſionem intenti hæc audientes, cum multum huiuſmodi ſacri monumenti interpretationem ad infamem & propudioſam Sinenſium religionem confutandam ponderis habiturum eſſe exiſtimarent. Adhibitis quibuſuis linguæ Sinicæ peritioribus magiſtris, eam primo quidem è Sinico ſermone in Luſitanicum tranſlatam, deinde totius ſaxi inſcriptionē fuſioribus commētarijs auctam, in vniuerſum Sinarum regnum, quo plures tanti boni participes eſſe poſſent, eo ſanè animarum fructu, quo tota poſteritas non immeritò gaudebit, euulgarunt. Exemplum verò prototypi iuxta omnem dimenſionem vna cum fideli interpretatione huc Romam tranſtulerunt, vbi in hunc diem non ſine intuentium admiratione in Bibliotheca Domus Profeſſæ Soc. Ieſu, vna cum interpretatione italica, quæ Romæ ex Luſitanica, ad inſtantiam multorum tranſlata impreſſa fuit an. 1631. quam & nos modo latini iuris fecimus, omnibus ſpectandum proponitur. Eſt autem lapidis figura in modum parallelogrammi exten-

sa, 5 palmis lata, vno crassa, longa ferè decem; tabulæ limbus superius in pyramidalem figuram duobus palmis longam, latam vno abiens summitati insculptam tenet crucis figutam, non absimilem ei, quam Equites portant Melitenses. Supra crucem immediatè titulus lapidis, characteribus Sinensibus expressus ponitur, vt sequitur.

Nouem Sinenses characteres titulum lapidis exprimentes.

Huius autem tituli hæc est explicatio.

Lapis

Lapis in laudem & memoriam æternam legis lucis, & veritatis portatæ de Iudæa, & in China promulgatæ erectus.

TItulum ſequitur prologus epigraphes, quæ eſt prima linea Characterum à ſuperiori loco deorſum τὸ τῆς ὀρθὰς, ſiue ad angulos rectos more Sinenſium, exaratorum; cuius explicatio ſequitur.

Prologus Sacerdotis Regni Iudææ dicti Quìm Cìm.

Poſt hæc denique incipit Epigraphe, tota Sinico inciſa charactere, ſublimi & exquiſito ſtylo compoſita; quam proindè libenter hic vna cum Sinicis characteribus iuxta prototypon apponerem, niſi me cùm intricatiſſimorum characterum multitudo, tùm ſpacij anguſtia ab hoc ſuperuacaneo labore abſterrerent; ne tamen lector huius tam eximij monumenti fructu priuetur, viſum fuit omiſſo charactere, & idiomate Sinico, totam eius interpretationem ex italico in latinum verbo tenus à me tranſlatam, vt pluribus ea communicaretur, hoc loco ea fide, qua inueni, proponere.

De-

Declaratio Inſcriptionis Synicæ Primum è Sinico in Luſitanicam, ex hac in Italicam, & demum ex italica in Latinam linguam de verbo ad verbum tranſlata. vt ſequitur.

Declaratio del Xiù Più.

1 DIco itaque hoc modo, ille qui ſemper verus fuit & quietus, omnis expers principij, intellectus profundiſſimi, & ſemper duraturi, excellente potentia ſua creauit res, infinita Maieſtate ſua & ſanctitate fecit ſanctos. Hæc eſt eſſentia diuina, trina in perſonis, & in ſubſtantia vna, Dominus noſter, verus ſine principio, Olò, ò yu *(quod in Chaldæo idem ac Eloha ſignificat)* in figura Crucis fecit quatuor mundi partes, commouit Chaos, fecit duo Kis *(hoc eſt duas virtutes ſeu duas qualitates dictas Inyam)* mutauit tenebras, fecit cælum & terram, fecit vt Sol & Luna motibus ſuis noctem & diem cauſarentur, res omnes fabricatus eſt. Verùm creando primum hominem ei præterea Iuſtitiam largitus eſt originalem, Dominum eum conſtituendo totius vniuerſi, qui de ſua natura primo vacuus erat,

Creatio rerum.



Kis quid in Sinenſi lingua.

erat, & vilis, seipso plenus, intellectu plano & æquali, & sine mistura nullum habens appetitum inordinatum.

2 Postquam verò Satanas fraudibus suis vsus, effecit; vt Adamus id quod ex se & sua natura purum erat, & perfectum, inficeret. hoc est fecit vt malitia in ipsum intrare inciperet perturbatura pacem, & huius suæ simplicitatis æqualitatem, & discordiam illa fraude introduxit. Iccirco trecentis sexaginta quinque sectis vna post alteram obortis, vnaquæq; earum maximum quem poterat numerum ad se trahebat. Aliqui creaturam Creatoris loco habebant. Alij principium rerum omnium vacuum ponebant, & ens reale *(alludit ad hoc secta Pagodùm & literatorum Sinensium:)* quoniam illi asserunt, quod principium, è quo omnia prodière, sit vacuum; quod idem illis est ac subtile, sensibus imperceptibile, etiamsi in se reale sit & positiuum principium. Literati verò dicunt, quod principium rerum non solum reale sit, & positiuum; sed præterea quod talis sit figuræ, & corpulentiæ, vt sensibus comprehendi queat. Quidam sacrificijs quærebant beatitudinem. Quidam bonitate quadam gloriabantur ad decipiendos homines, qua in re omnem suam scientiam & industriam collocabant,

Lapsus Adami.

365. sectæ

Varij errores hominum.

omni

omni diligentia, & intentione ſuis affectibus ſeruientes. Verùm fruſtra laborabant, & ſine profectu, ſemper in peius progredientes, quemadmodum contingit ijs, qui è vaſe cretaceo ignem elicere volunt obſcuritatem addentes obſcuritati, & hoc ipſo veram ſemitam perdentes ad viam vitæ reuerti neſcientes.

Incarnatio Filij Dei.

3 Tunc vna de diuinis perſonis Sanctiſſimæ Trinitatis dicta Meſſias reſtringendo, tegendoq; Maieſtatem ſuam, & ſe humanæ naturæ accommodando homo factus eſt. Quam ob rem ad hoc gaudium annunciandum Angelum ablegauit, & de Virgine in Iudæa natus eſt. Stella magna felicitatis huius fuit annunciatrix. Reges eius claritate perſpecta, munera oblaturi venerunt, vt Lex, & Prophetiæ viginti quatuor Prophetarum adimplerentur. Gubernauit autem mundum lege magna, condidit legem diuinam, ſpiritualem ſine verborum ſtrepitu, fide vera conſummauit: octo diſpoſuit beatitudines: res mundanas mutauit in æternas: aperuit portam trium virtutum (*Theologicarum*) vitam dedit deſtruendo mortem. In perſona ſua ad inferos deſcendit, & omnia confudit dæmonia; naue pietatis ſuæ ad cælum conduxit bonos, & iuſtorum animas in ſalutem vindicauit.

uit. Hiſce denique finitis ſua potentia circa meridiem in cælum aſcendit, relinquens viginti ſeptem doctrinæ tomos ad portam magnæ conuerſionis mundi aperiendam. Baptiſmum ex aqua, & ſpiritu inſtituit ad abluẽda peccata, & mundum ad puritatem reducendum. Cruce vtitur, vt omnes abſque exceptione comprehendat, excitat omnes voce charitatis, reuerentiam exhibere iubens verſus Orientem, vt pergant in via vitæ glorioſæ.

4 Miniſtri eius ornamenti exterioris cauſa barbam alunt, & coronas in capite faciunt (*id eſt verticem radunt*) vt oſtendant ſe nullo intus affectu malo teneri. Mancipijs non vtuntur: in alto & baſſo (*puta dominio*) ſeu humili omnibus ſe faciunt æquales: diuitias non congregant, ſed eas omnibus faciunt communes: ieiunia colunt cùm ad mortificandas paſſiones, tum ad præcepta diuina ſeruanda: magni faciunt homines ſupra ſe eleuatos & (*à rebus mundanis*) abſtractos: ſepties in die orationes tam pro viuis, quàm pro defunctis faciunt: ſeptenis diebus ſemel ad animam à peccatis purgandam, puritatemque ei reſtituendam ſacra faciunt. Quia lex vera, & conſtans excellens eſt, difficile eſt ei congruum nomen reperire, cum eius

Apoſtolorum, Sacerdotũ, ſeu Miniſtrorum Chriſti vita.

Legis chriſtianæ excellentia.

effectus sit illuminare, & omnia claritate perfundere; vnde necessarium fuit eam appellare Kiñ Ki aò, hoc est legem claram & magnam.

5 Lex vbi personæ Regiæ desunt, non extenditur, nec dilatatur: personæ verò Regiæ absq; lege nequaquam magnificantur. Lege itaque, & Regibus concordantibus, & in vnam veluti rem coëuntibus illicò mundus illuminatur. Igitur Rege dicto Tài cùm veũ huañti tempestate illa celebri, singulari prudentia & sanctitate *(Chinam)* administrante, venit ex Iudæa summæ virtutis vir vocatus Olò puèn, qui à nubibus deductus veram doctrinam importauit. deductus etiam per ventos, & chartas hydrographicas multa pericula, & labores sustinuit, & tandem anno Chiñ quoñ & ieù siè *(erat ille annus Christi sexcentesimus trigesimus sextus)* ad Curiam Regiam appulit. Rex verò famoso Colào, qui Fam Kieù lym dicebatur, præcepit, vt accepto iumento obuiam nouo hospiti versus occidentalem partem procederet, hoc est versus suburbium Ciuitatis, eumq; omni beneuolentia exceptum in Regiam introduceret: Iussit Rex traduci doctrinam in palatio, ibidemque vnà inuestigauit veritatem legis. Intellexit Rex esse veram legem, & seriò per totum

Lex in Chinã apportatur.

Per Chinã diuulgatur.

totum regnum cum efficacia, & honore iuſſit diuulgari, & dilatari, & in hoc anno 12. Ciñ quoñ 7. menſe Autumni *(erat is annus Domini 636.)* reſcripſit in hunc modum. *(Promulgationis tenor eſt iſte, qui ſequitur.)* Lex vera non habet nomen determinatum, nec ſancti locum habent, vbi conſiſtant determinatum: excurrunt ad omnes partes, vt mundum doceant, ad mundo laboranti ſuccurrendum, velis remis ad vtilitatem afferendam intenti. Ex hoc Regno Tancìn *(ſiue Iudæa)* Olò puèn magnæ virtutis homo de locis adeo diſſitis doctrinam, & imagines Regiæ noſtræ Curiæ præſentaturus aſportauit. Cuius nos intentum docendi à fundamentis examinantes, inuenimus doctrinam eius admodum excellentem, & ſine ſtrepitu exteriori, fundatam principaliter in creatione mundi. Doctrina eius non eſt multorũ verborum, nec ſuperficietenus ſuam fundat veritatẽ, ſalutem hominibus adferens, & profectum: vnde congruum eſt, vt toto noſtro Imperio diuulgetur. Mandarinis quoque, qui Niñ famñ dicuntur in eo curiæ loco præcepit, magnam vt Eccleſiam exſtruerent, eidemque viginti & vnum Miniſtros deputarent. *(Author Kìm Cìm laudat hìc Regem)* ſcilicet ad vires Monarchiæ Cheù Olad iù *(caput hoc eſt*

Eccleſia exſtruit curat.

sectæ Stai iù) debilitandas. In curru nigro versus Occidentem discessit *(hoc est extra Chinam)* verùm vbi magnus Tañ illustris factus est cum Tao, sanctum Euangelium Chinæ illatum est. Paulò inde Rex effigiem illius *(Olò puèn)* qui vt diximus primus Euangelium attulit, depingi curauit, & muro appendi; excellens eius figura resplenduit portis Ecclesiæ, & memoria semper fulgebit in mundo.

Effigies Olopuen primi Sinensium Apostoli.

6 Iuxta Geographos, qui partium occidentalium mentionem faciunt, & iuxta Historicos duorum Regnorum Hañ & Guei, Regnum Tan cìn *(id est Iudæa)* ab Austro confine est Mari rubro, ab Aquilone relinquit montes gemmarum, ab Occidente boco das fullas *(quod quid sit difficile est conijcere, ego Carmelum suspicor esse)* in prospectu versus sanctos. ab Oriente denique contermina est huic loco Ciamfam, & aquæ, quam mortuam dicunt. Hæc terra cineres eructat igne calentes *(fortè intelligit lacum Asphaltitim)* producit balsamum, gemmas minutas, & Carbunculos *(quibus insinuat Ægyptum cum reliqua ora rubri maris, in qua prædicta reperiuntur)* Latronibus caret & Assassinis, populus in pace viuit & gaudio; in regnum non admittunt nisi Euangelium; dignitates nulli, nisi virtute

Descriptio situs Iudææ iuxta Sinensium Geographos.

me-

meritis conferuntur: ædificia sunt grandia: *(verbo)* regnum celebre est poësi, & bonis moribus.

7 Docào, cùm, filius Taì cùm, gubernacula regni adijt anno Domini 651. *(continuando Author Kìm Cìm hæc dicit)* Caò vìm magnus Imperator minimè virtutibus Aui sui degener, nouit cum honore continuare intentum Aui sui, & dilatare & honorare res patris sui, præcipiens in omnibus prouincijs fieri ecclesias, vnàq; honorans Olò puèn titulo Episcopi magnæ legis, quæ gubernat Regnum Chinæ. Tum lex Dei promulgata est per decem prouincias *(quibus Sinense Regnum continebatur & regnum summa pace fruebatur:)* Ecclesijs replebantur omnes vrbes, & domus felicitate Euangelij florebant.

In 10. prouincijs Chinæ prædicatur Euangelium.

8 In hoc anno dicto Xim liè *(qui tum annus Domini 699.)* Bontij Pagodum sectatores suis vsi viribus extulerunt voces *(id est blasphemarunt nostram sanctam legem)* in loco qui dicitur Tuñ cieũ *(erat is fortè in prouincia Honan.)* & in fine huius alterius anni dicti Sien tieñ *(qui respondet anno Domini 713.)* quidam priuati homines in Sienò, quæ erat antiqua Regia Veñ Vañ in prouincia Xeñsi ausi sunt nostram sanctam legem sannis, ludibrio, & vituperio proscindere.

Persecutio mouetur contra legem.

Hoc

9 Hoc tempore erat quidam princeps Sacerdotum *(videtur fuisse Episcopus)* nomine Ioannes, & alius magnæ virtutis vir nomine Kie lie. Hi duo cum alijs nobilibus popularibus suis non famâ minus, quam rerum mundanarum contemptu celebribus, cœperunt iterùm ritè Euangelium suum excellens explicare continuando, & fila *(malitia Cacodæmonis)* pridem rupta reficere. Rex dictus Hiueñ cum̃ chi taõ *(cœpit huius Imperium anno 719.)* quinque Regulis præcepit, vt in persona adirent felicem domum, *(hoc est Ecclesiam)* & erigerent altaria. Tum columna legis, quæ ad breue tempus iacuit prostrata, cœpit cursum erigi, & incrementa sumere. In hoc principio anni Tieñ pao *(quod erat anno Domini 743.)* præcepit Rex Ota Ciam Kuen *(nomen tituli)* dicto Cuoliè siè *(erat is Eunuchus summa apud Regem gratia valens & authoritate)* vt effigies veras quinque Regum prædecessorum auorum suorum deportaret, & in Ecclesia collocaret, vnàq; centum preciosarum rerum cimelia in ecclesiam deferret ad solemnitatem hanc celebrandam *(dicit Author Kim Cim in laudem ipsorum Regem)* Barbæ longæ draconis etiamsi longè sint, nihilominus arcus & enses eius manibus apprehendi possunt *(alludit ad hi-*

Lex reuiuiscit.

sto-

storiam quandam antiquam eiusdem Regis :) qui fingebatur ascendisse in aëra Draconi insidens, quem serui, qui se dicebant ituros cum Rege, varijs armorum generibus instruxerant; qui verò remanserant, barbam Draconis vellicantes, arma quædam tulerunt in memoriam Regis, in ijs veluti præsentem eum intuentes. *Alludit itaque Author huius scripturæ ad hanc historiam, vt declaret effigies memoratorum Regum, Regi præsentium, & viuentium loco fuisse; ideo subiungit, Claritudo, quam reddunt hæ imagines, ostendit eos nobis præsentes adesse.* Anno tertio Tieñ pào *(annus is erat Dominus 745.)* fuit in Iudæa Sacerdos quidam Kie hò, qui stellarum ope ductus in Chinam appulit, & respiciens Solem *(erat hæc Cærimonia eorum, qui ad Regis admittebantur colloquium)* ad conspectum nostri Imperatoris intromissus est. Rex autem iussit, vt Sacerdos Ioannes & Paulus cum alijs eiusdem professionis viris, & cum præsente tantæ virtutis viro Kiè ho ad palatium Him̃ Kim̃ vocatum, ad adorandum, & ad sancta *(deuotionis)* opera exercenda sese conferrent. Hoc tempore litteræ Regiæ in tabellis Ecclesiæ seruabantur, preciosè secundum ordinem ornatæ, splendentes colore rubro & ceruleo, & penna Regia replebat

Fabula Sinensium.

anno 745. Appulit alius Prædicator ex Iudæa.

va-

vacuum, ascendens, & ad Solem vsque pertingens : fauor eius & dona altitudini montis Austri comparantur, & abundantia beneficiorum profunditatem æquat maris orientalis. Ratio non potest non probare approbatum, & memoratu dignum. Ideò Rex dictus Sa cum̃ neñ men̄, (*qui regere cœpit anno* 757.) in hoc Lim̃ suũ seũ, & quinque vrbibus recenti mandato Ecclesias fieri voluit. Erat hic Rex eximiæ indolis, sub quo porta felicitatis toti Regno aperta est, hac felicitate, gaudio & plausu existentibus, res gubernationis regalis maximè eleuatæ sunt.

Anno 757 Rex Sa cum nen men & eius virtutes.

10 Rex Tai cum̃ veñ vù (*adijt imperium anno* 764.) bonorum temporum particeps factus, negotia regni sine difficultate administrabat : festo nascentis Christi singulis annis in gratiarum actionem mittebat odoramenta cælestia, & ad honorandos huius sanctæ legis ministros, rerum omnium, & annonæ regiæ assignabat prouisionem; certè cælum mundo tribuit pulchritudinem, & perfectionem, & ideò liberaliter res producit; hic Rex imitabatur cælum, iccirco nouerat alere, & sustentare suos.

Anno 764

Regis Tai cum virtutes.

11 Rex Kieñ Cium̃ Xim̃ veñuũ, regnans anno 781. octo vtebatur modis ad præmiandos bonos, & castigandos malos. nouas rationes

Anno 781

ad

ad Euangelij ſtatum inſtaurandum, promouendumq; inſtituit. Regimen ipſius erat admodum excellens, rogamus DEVM pro ipſo, non verecundantes in hoc. Magnæ virtutis eſt æquè eſſe humilem, pacificum, & ſciẽtem, tolerare proximum, abundare charitate ad omnes iuuandos, & benefacere omnibus viuentibus. Hæc eſt vera via, & ſcala ſanctæ legis noſtræ, facere vt pluuia & venti ſolitis temporibus reuertantur, mundus ſit quietus, homines bene gubernati, res ſingulæ rectè diſpoſitæ, viuentes bene viuant, defuncti gaudio perfruantur. Hæc habere in promptu, & rationem reddere, in veritate procedit ex noſtra ſancta fide, & omnes effectus ſunt fortitudinis, & potentiæ ſancti Euangelij noſtri.

Euangelij & legis Chriſtianæ effectus.

12 Rex Sacerdoti dicto Vsù magno legis promulgatori hoſce titulos dedit Kin iù, quàm lò tai fù *(officium eſt in regia aula)* & Soù fum̃ ciè tù fù lèi *(officium extra aulam)* Xi tieñ, thum̃ Kieñ *(officium quoque aliud eſt, quorum explicationes non inueni in exemplari.)* Item dicto Sacerdoti magnæ legis promulgatori veſtimentum Eccleſiaſticum coloris cærulei, *(italicè di color pauonazo)* donauit. Erat Sacerdos iſte pacificus, alijs benefacere gaudebat, virtutis opera ſummo ſtudio peragendo. Aduenit ille in Chinam regione remota è lo-

Dona regis facta prædicatori verbi Dei.

co dicto Vam Xi ciù Chim̃ regionis Pagodùm, quod idem ac regio longè diſſita. Eius res geſtæ tres generationes famoſas Chinæ ſuperarunt, & reliquas ſcientias perfectè dilatauit. In principio Regi in aula ſeruiebat, poſt eius nomen libro quoque regio illatum. Regulus dictus Cò cù y in principio bellicis ſtudebat negotijs in partibus Sofam. Rex vero dictus Sò cùm præcepit Ay sù, vt Cò cù y fauorabilius ceteris promoueret, *(videtur quod Rex iuſſerit eũ eſſe Conſiliarium Cò cù y)* etiamſi vehementer à Capitaneo amaretur, non curauit tamen ſtylum eius ordinarium procedendi; erat enim vngues, & dentes Reip. oculi & aures exercitus *(phraſis Sinica)* ſciebat diſtribuere reditus ſuos, non domi accumulare. Obtulit Eccleſiæ rem pretioſam dictam Poli *(videtur fuiſſe ex vitro)* huius loci Cim̃ regueñ. Præterea tapetes auro intertextos huius loci Ciè Kì dictos: refecit Eccleſias veteres de nouo fundans, & ſtabiliens atrium, & domum legis: adornans domus, & hoſpitia ſplendentia inſtar Phaſianorum volantium, præter exercitia ſanctæ legis noſtræ operibus ſtudebat charitatis, quotannis quatuor Eccleſiarum Sacerdotes congregando, quibus toto corde inſeruiebat, de rebus omnibus neceſſarijs prouidebat ſpatio dierum

Regis opera charitatis.

rum quinquaginta, adhuc, famelicos saturabat, nudos cooperiebat, infirmos curabat, mortuos sepeliebat.

13 Tempore Tà sò cum omni parsimonia sua similis non est audita bonitas (*erat hic Tà sò Bonzius secta Pagodus*,) qui in maxima quadam congregatione Bonziorum, in qua agendum erat de rebus sectæ suæ, officio fungebatur hospitum excipiendorum, & procurandarum rerum vnicuique necessariarum. (*Ideo author tractando de operibus charitatis Oy siè hunc Tansò anteponit*.) Sed tempore huius Euangelij similes homines videmus, sanctis operibus vacantes. Idcircò, vt in lucem irent opera tam heroica, lapidi huic magno ea insculpere volui. Dico itaque DEVS verus, expers principij, purus, quietus & immutabilis est, ille fuit primus Creationis artifex, aperuit terram, eleuauit cælum; Vna ex personis pro æterna mortalium salute factus est homo, ascendit in altum solis instar, destruens tenebrosum, & in omnibus profundam veritatem stabiliens.

Felix Ecclesiæ Sinensis status. Lapidi inciditur.

14 Splendidissimus ille Rex, qui verissimè primus primorum Regum fuit, opportunitate vsus omnem sustulit difficultatem, cælum dilatatum est, terra extensa. Clarissimum est Euangelium nostrum, quod regno

Tam illatũ est, afferendo doctrinam, Ecclesias erigendo, pro viuis & defunctis loco fuit nauigij: omnem felicitatem exaltans, quietem dedit vniuerso mundo.

15 Caò cum insistendo vestigijs Aui sui denuò ad nouas Ecclesias exstruendas animum adiecit. Templa pacis alta, & magnifica terram repleuerunt omnem. Lex vera induit pulchritudinem. Titulo honorauit Episcopum, tranquillitate, & gaudio populi sine laboribus potiti.

16 Sapiens Rex Niuen cum nouit ingredi vias veras & rectas: tabulæ regiæ erant magnificæ & illustres, literæ regiæ in ijs florebant, & resplendebant. Figuræ Regiæ elucebant: Omnis populus profundè eas venerabatur, omnia dilatabantur, & homines ex eo gaudio summo perfruebantur.

17 Hic Rex Sò cum, regnando in propria persona venit ad Ecclesiam; sol sanctus resplenduit: nubes felices omnem caliginem, & obscuritatem noctis dispulerunt. Felicitate in regia domo aggregata, mala cessarunt, sublatisq; dissensionibus Imperium nostrum restitutum est.

18 Hic Rex Tai cum fù obediens fuit, virtute cælum æquauit, & terram; dedit vitam pupulo, & rebus singulis progressum. Odora-

menta

menta in gratiarum actionem misit Ecclesiæ, exercuit opera charitatis. Sol & Luna in eius vniebantur persona, hoc est, omnes ad obedientiam ei præstandam aduolabant.

19 Hic Rex Kieñ cuñ in regimine constitutus, claram reddebat virtutem: armis 4 maria pacificauit: literis decem millia confinium illustrauit: instar candelæ secreta hominum illuminauit, & velut in speculo detecta cernebat omnia, totum resuscitauit orbem: cuncti Barbari regulam viuendi acceperunt.

20 Lex, o quanta, quam perfecta, & quam ad omnia sese extendit! volens eam nuncupare non potui non legem diuinam appellare. Reges nouerant res suas disponere, ego Vasallus eas possum enarrare, ideò erigo hunc lapidem prædiuitem, in præconium magnæ felicitatis.

21 In nostro potentatu magni Tam, anno secundo huius Kieñ ciuñ (*videlicet anno Domini* 782.) die septimo mensis Autumni, die Dominica, hic lapis erectus fuit Episcopo Him ciù, Ecclesiam Sinensem administrante, Mandarinus nomine Liu siècì yeñ, tituli erat Ciao y cuñ, in quo officio ante eum fuit Tai cieù siè su Cañ kiuñ, hanc sua manu confecit inscriptionem. Lapis erectus anno 782

Atque

Atque hæc est explicatio inscriptionis saxo insculptæ, in qua illud sanè summa admiratione dignum est. adeò variam, & multiplicem rerum, quam hoc saxum continet, relationem, tam arcto spacio, & characteribus non nisi mille octodecim comprehendi potuisse; Fuit autem huius scripturæ duplex facta interpretatio, præsens admodum conformis est illi, quæ facta fuit Pequini, quæ & elegantior est, & magis propria Sinicæq; phrasi magis conformis, & quamuis ob eandem causam appareat minus elegans in nostra lingua, est ea nihilominus elegantissima, & quo ad stylum, & phrasim Sinicam, maximè ab omnibus ijs, qui se dictæ linguæ Magistros profitentur, laudata. Colligitur autem ex hoc monimento primo legis Christianæ in regnum Sinicum, quæ ante mille circiter annos contigit, introductio. Item quanto cum honore, & veneratione ab Imperatoribus ea fuerit recepta; quomodo, & per quantas prouincias fuerit promulgata, quantum 150. annis, quibus maximè floruit, fuerit dilatata, quales denique persecutiones bis sustinuerit, ita ijs paulatim suppressa, vt nisi eius in hoc monumento remansisset notitia, nulla eius vestigia amplius supersessent. Certè in Chronicis Sinensibus, de eius in Chinam introductione præter memoratorum Regum, & Mandarinorum nomina, vix quicquam inuenitur.

Quo tempore lex Christiana Chinæ fuerit illata.

tur. Inuentus autem est hic lapis paucis ante annis, quam Patres Soc. IESV in Chinam appellerent; Vnde apparet tam eximiarum & sublimium rerum interpretationem, non fuisse reseruatam, nisi ijs, qui diuinarum, humanarumq; rerum scientia egregiè instructi, eiusdem doctrinæ, legisq; vetustate temporum obliteratæ, futuri erant annunciatores, propagatoresque. Atque hæc quidem quoad inscriptionem Sinico charactere factam sufficiant. Nunc ad eam, quæ marginibus insculpta est inscriptionem progrediamur, quæ quidem, cum ob hominum peritorum huius scripturæ in China penuriam hucusque manserit inexplicata, atque ea de causa à PP. nostris Lusitanis in Europam à peritis Syræ linguæ explicanda fuerit transmissa; ego primus eius interpretationem fructu non pœnitendo aggressus, ea tandem, qua par est fide & diligentia expediui. Est autem literis antiquis Syriacis, quas Estrangelo vocant, marginibus lapidis incisa, continetque annum, nomina, & officium eorum, qui tunc temporis, quo hic lapis scriptus est, erectusque, ex Apostolicis viris, & legis diuinæ promotoribus in China versabantur. Meminit huius lapidis, inscriptionumque memoratarum. P. Emanuel Dias in quadam epistola Lusitanica Macao data 23. Aug. 1625. quam hic latinis verbis referre

ferre visum est. *In Prouincia*, inquit, *Xensi Sinarum, vbi modo est Trigautius, effossus quidam lapis magnitudinis 24 palmorum, aut circiter, in quo patet disertè ante 1243 annos fuisse illic Christianos raso vertice, qui mysteria Trinitatis & Incarnationis prædicarent, ac Sinarum Reges multos illis impendisse fauores. Doctor Leo Christianus rem totam imprimi voluit, ac de mysterijs eo in lapide ostensis à Mandarinis Christianis scribi, vt res magis innotesceret. Id agitur modo, vt in Regis notitiam res tota deueniat, vertat Deus omnia in gloriam suam.*

Confirmat hoc ipsum P. Franciscus Hurtado, e Prouincia Nancheu, additque hoc anno apertam fuisse portam in nouas regni Sinensis prouincias Xensi, Xansi, Fohum, quæ vltima Conchinchinæ contermina est, & exteros facilè admittit. In fine autem ita dicit. *His adscripta erant 10 vel 12 lineæ Syriacæ, quas interpretari non potui. Adiunctæ etiam erant gratiæ à Regibus Sinarum factæ Sacerdotibus illius legis. Versio hæc ad verbum è Sinico idiomate facta est. Aliæ extant versiones, sed omnes conueniunt in essentialibus. In libris Regum Sinarum habetur, ante 994 annos peruenisse ad Sinas fidem nostram, & 140 annis post ingressum, hanc inscriptionem factam esse.* Hæc P. Emanuel Dias. In alijs vero literis paulo recentioribus 21 Nou. 1627 Macao datis ita de

Syriacæ inscriptiones.

hoc

hoc lapide scribitur. *Annis præterlapsis inuenta est scriptura quædam longa, & antiqua, lapidi prægrandi incisa lingua Sinensi, & Chaldaica, vel Syriaca; ex qua constat legem Domini Dei nostri iam quasi ab hinc mille annis peruenisse in Sinam, anno scilicet Domini 636. lapis autem ille erectus, & inscriptus fuit anno Domini 782 hoc est 146 annis post legis ibidem pradicationem, qua ingens conuersio ad fidem facta est, Ecclesiæ ædificatæ, Episcopi constituti. Reges, qui tempore illius vixerunt numerantur 8, quorum nomina lapis ille exprimit, qui Christianis fauebant; prædicatores vero legis venerunt ex Palæstina, alijsq; vicinis locis; Continet autem præcipua fidei nostræ mysteria &c. quæ ex inscriptione patent.* Verum operæ precium faciam, si hoc loco Syriacam inscriptionem ijsdem characteribus Strangelicis, quibus in China expressa fuit vna cum interpretatione eius, exhibeam; præsertim cum Patres nostri Sinenses, eam ideò particulari folio in China impresso in Europam eius linguæ Magistris *(vti paulò ante diximus)* ad eam meliùs explicandam transmiserint: hac enim explicata, spero futurum, vt & annus, & nomina, & patria, officiaq; diuinæ legis prædicatorum, & scopus quoque noster melius patefiant. Inscriptio autem Syriaca quemadmodum ea in China impressa fuit, est sequens.

Anno Christi 636. Euangelium Chinæ illatum.

Inſcriptio Syriaca ad Euangelij in China prædicati teſtificationem lapidi inciſa, & poſtmodum in China ſingulari folio impreſſa.



Hi Chatacteres sinenses nómina, & officia significant.

ܘܐܪܟܕܝܩܘܢ ܘܪܝܫ ܟܗܢܐ
ܕܟܘܪܟܐ ܘܕܡܪܟܐ

Adam Kaſiſo vcurapiſcupo vpapaſi dizinſtan. Beiume Abo dabohotho Mor Hanã ieſua Katoliko Patriarchis. Beſanath alf vtiſaain vtarten diauanoiè. Mor Iidbuzad Kaſiſo vcurapiſcupo de Cumdan medinah malcutho bar nihh napſo Milis Kaſiſo dmen Balehh medintho Tahhurſtan Akim Lucho hono Papa dictabon beh medabarnutho dpharukan vcaruzuthon dabhain daluat malche dizinio.

Adam meſchamſchòno Bar Iidbuzad Curaphiſcopo

Mar ſargis kaſiſo, vcurapiſcupo

Sarniſchua kaſiſo

Gabriel kaſiſo Varcodiacun, vriſch aihto de Cumbdanvdaſrag

Explicatio eius hæc ect

Adam Sacerdos ſeu, Preſbyter, & Archiepiſcopus & papalis zinoſtan ſeu Regionis Sinarum (vbi nota Stan indica lingua regionem ſignificare, vnde Hindoſtan, ſiue Indoſtan, Sinoſtan, Turkiſtan, ſeu Turcheſtan & ſimilia nomina idem ſignificant, ac regionem, Indorum, Sinarum,

Stan quid ſignificet.

narum, Turcarum, non secus ac Germanica nomina sequentia friesland franckeland, &c. Frisonum, Franconum, Regiones significant, & innumera alia huiusmodi, quæ omnia ex germanico (land vt indica ex Stã) ex loci, sc. seu regionis proprio nomine componuntur. Quæ ideo hic apponenda duxi, vt causam, cur china zindostan dicatur, non ignorares). *In diebus patris patrum Domini Hanan Iesua, siue Ioannis Iosue Catholici Patriarchæ* (Subintellige Alexandrinum, aut Babylonium, qui proprie dicuntur vniuersales seu Catholici Patriarchæ) *Anno millesimo nonagesimo secundo iuxta græcos; Dominus Iidbuzad Sacerdos, & Archiepiscopus Cumdan ciuitatis Regni* (sc. Metropolis) *Filius Milis, requies sit animæ eius, Sacerdotis Belehh ciuitatis Tahurstan* (lege Turchestan) *erexit tabulam hanc Papa* (sic Supremos in aliquo Ordine Ecclesiastico vocant) *& scripta sunt in ea administratio, seu gubernatio Saluatoris nostri, & prædicatio patrum nostrorum qui sunt apud Reges Sinarum.*

Adam Diaconus filius Iizdbuad Archiepiscopus.

Mar sargis Presbyter, & Archiepiscopus.

Sarnischua Presbyter

Gabriel Presbyter, & Arcidiaconus Princeps Ecclesiarum ciuitatum Cumdan & dasrag.

Atque hæc in folio in China impresso reperiuntur, quæ & in saxo insculpta cernuntur.

Ve-

Verum antequam vlterius hĩc progrediar, vna adhuc difficultas, quæ circa annum erectionis huius lapidis occurrit, reſtat diſſoluenda. Annus enim huiuſmodi in Sinica inſcriptione adeò à Syriaca diuerſus reperitur, vt non pauci ea diuerſitate perplexi, mecum de vera, & fideli huius lapidis interpretatione dubitarent. Nam ex Sinico Luſitanica verſio, & ex hac Italica erecti lapidis annum ponunt poſt Chriſtum. 782. Syriaca vero iuxta Græcorum computum ſtatuit annum 1092. qui quam ab altero diuerſus ſit quis non videt? Verum vt exactius hæc omnia reconcilientur, & hic nodus quoquè diſſoluatur, priùs inſcriptionis dictæ tranſlationes hic verbotenus proponendas duxi.

Luſitanica verſio ſic habet.

Luſitanica

No noſſo potentado do grãde Tañ, Segundo anno deſte kieñ, ciuñ que eram do Senhor 782. no mes de Autuno, no ſettimo dia, dia de domingo foy alleuantada eſta pedra, ſendo Biſpo Nimciu que gouerna à igreia da China.

Italica ita habet.

Italica

Nel noſtro potentato del gran Tam, ſecundo anno di queſto kieñ ciuñ (che erano del Signore.

re .782. nel meſe di Autunno, nel ſettimo giorno, giorno di Domenica, fu inalzata queſta pietra; eſſendo Veſcouo Niñ ciù, che guberna la Chieſa della China.

Vtriuſquè interpretatio hęc eſt.

In noſtro potentatu magni Tam.ſc. Regis anno ſecundo huius kieñ ciuñ, qui erat annus Domini 782. menſe Autumni, 7. die, die Dominica, exaltatus fuit hic lapis, Epiſcopo Neñ ciù Eccleſiam Sinenſem adminiſtrante. Latina

Syriaca Inſcriptio ita habet.

 Syriaca

Hoc eſt.

In Anno milleſimo nonageſimo ſecundo, qui græcorum. Cum ergò Orientales ſeu græca Eccleſia magna ex parte in computu annorum conueniat cum latina, quæritur, qua ratione hi anni conciliandi ſint? Dico itaquè duplici annorum dictis Diuinæ Legis promulgatoribus vſitatorum genere hunc lapidem fuiſſe inſignitum, vno

Eccle-

Ecclesiastico annorum Christi, quo Fideles in China Christiani passim vtebantur; altero politico seu ciuili, qui erat communis Syris, Caldæis, Arabibus, AEygptijs, ac toti propè Orienti; quem vt melius intelligas, notandum est annos Regni Græcorum, quorum meminerunt libri Machabæorum eosdem esse, qui aliàs dicuntur Seleucidarum, Syro-Græcorum, aut Syro-Macedonum à Chaldeis, ab Hebræis verò, anni contractuũ, ab AEgiptijs anni Alexandrei, siue à morte Alexandri, ab Arabibus ذوالقرنين Dhulkarnaim, quod idem est, ac Alexandri duo cornua tenentis (vocantquè eum ideò, vel, (vt Chrristmannus vult) ob vtraquè orientis scilicet & occidẽtis mũdi cornua à se subacta, vel vt ego existimo verisimilius ab Ammone Arietino cuius filium se appellabat, aut etiam ob hircum illum Caprarum, cum quo eum Daniel comparauit) aut deniq; anni Philippi (quem تاريخ القبطى supra Albitegniũ vocasse diximus) Atquè horũ æra incipit annis 12. exactis, ab obitu Alexandri Magni vt ex Eusebio in cap. 9. Dan. S. Hieronimus notat. Quem sequitur Ribera, Torniellus, & alij. Etsi vero ante Iulium Cæsarem hi anni aliam formam, aliud suorum mensium initium habuisse videantur, communi tamen supputatione sumunt à Calend. Octobribus exordium. Nomina mensium aut græca sunt, aut

Cur Alexander Magnus dictus sit Dhulkarnaim?

Syro

Syro-caldaica, in cæteris cum anni Iuliani quantitate, & forma congruunt, nisi quod dies intercalaris in hac æra adijciatur ad finem mensis Sabath, qui Februario nostro respondet.

His prænotatis primordia Regni græcorum statuimus cum Eusebio, Scaligero, alijsquè anno ante Christi æram trecentesimo decimo fluente, quo acta est Olympias 117. iuxta Chronicon Alexandrinum; si quidem in confesso est, Alexãdrum Magnum mortuum esse eo anno, quo cæpit Olympias 114 postremis diebus mensis hecatombæonis, vt Plutarchus scribit, nempe antè æram Christi 322 (natus enim est Christus 3. anno exclusiuè Olympiad: 194.) differunt igitur anni Regni græcorum ineuntes ab annis Christi labentibus 310. ita vt primo anno Christi inierit annus Regni græcorum 313. Vndè fit, vt si ad annum Christi propositum adijciantur 310, exurgat annus Alexandræus illo Christi anno labente exoriens; Si anno Alexandræo detrahantur 310, remaneat annus Christi, quo Alexandræus ille aperitur. Si deniquè annus Alexandręus subtrahatur à 310 numerus relictus indicet annum ante æram Christi, quo cæpit annus ille græcorum; siuè quo initium fuit æræ Alexandri, تاريخ ذو القرنين, vti Arabes, & AEgyptij eam appellant.

Annus Alexandreus

Tarih dhul Karnaim.

His igitur ita demonstratis. Si ab anno Alexan-

dręo fiuè græcorum 1092 Syriacis literis lapidi inciſo, 310 (quæ eſt differentia annorum inter annum Chriſti, & Alexandrinum) ſubtrahas, remanebunt 782, qui eſt annus Chriſti lapidi ſinicis numeris inciſus, anno Syro-græcorum ſiuè Alexandręo exactè reſpondens.

Paradigma computus.

Mortuus eſt Alexander Magnus, Plut: teſte ——— Olymp. —— 114. A
Poſt cuius mortem B: Hier. teſte, annis 12 exactis, incipit æra Alexandręa videlicet, ——— Olymp. —— 117. B
Natus verò eſt Chriſtus anno 3 excluſ: id-eſt ſecũdo cõpleto Olymp. —— 194. C
Lapis erectus eſt año Alexãdręo - 1092. D
Anno verò Chriſti ——— 782. E

His poſitis ſubtrahe numerum B à numero C, & habebis differentiam dictarum Olympiadum, videlicet Olympiades 77, quæ ductæ in 4 annos, quibus ſingulæ Olympiades conſtant producunturq; 308, his adde 2 annos completos Olympiad: Chriſti nati, & facies 310, quæ ſubtracta à 1092 relinquunt E. numerum annorum Chriſti, quo hic lapis erectus eſt. Studio itaque duplici annorum genere hunc lapidem con-

consignarunt, vt qui annum Christi non intelligerent ex Aduenis, annum saltem Alexandræum, vt pote latiùs patentem, cognoscerent. Difficultare itaquè proposita quoquè dissoluta, nunc ad lapidem reuertamur, in cuius margine præter ea Syriaca quæ hic paulò antè proposuimus, multa adhuc alia nomina propria, quæ in folio dicto desunt, quorum numerus ad 72 excurrit, videntur. Verùm quia pleraque nomina malè expressa sunt; nos 24 tantum, ea videlicet quæ lectu faciliora erant, & ad scopum nostrum conducibiliora hic adijcienda existimauimus. Ex his enim luculenter apparebit, hos Apostolicos viros alios non fuisse, nisi Syros, AEgyptios, Copptitas, & AEthiopas. Vti sequitur.

Nomina eorum qui margini lapidis Syro Charactere incisa spectantur.

 *Costantinus*

 *Saba Cusio, seù AEthiops*

 *Marsargis Tabennita; seù Dominus Sergius*

Isaak Kusius seù

AEthiops


Paulus Sacerdos


Simon Sacerdos


Adam Sacerdos

Zugen mesrius, vel AEgyptius

Matheus Kusius, seù AEthiops

Annania Co-


ptita

Gabriel Sacerdos

Lucas Sacerdos

Susen Epi-


scopus

Iacob Sacerdos

Abad


Ahad guſnaſeph

ſacerdos


Arius Sacerdos

Dauid Sacerdos

Aſba Kuſius, ſeù

AEthiops ſac.


Abba Syrus


Abraham Sacerd.


Simon Sacerdos

Petrus Sacerdos

Lucas Sacerdos

Mathæus Sacer-

Atquè hæc ſunt, quæ de lapidis huius Syro-ſinica inſcriptione dicenda exiſtimaui; nil igitur reſtat niſi vt ad particulares Syro-coptitarum expeditiones modo calamum conuertamus.

Cap.

CAP: IV.

De Expeditione AEgyptiorũ, seù Coptitarũ, in Indiã, Chinã, & reliquas Asiæ regiones facta.

CVm in India, China, cæterisquæ Asiæ regionibus, frequentia in hunc diem adhuc extent Christianæ Religionis vestigia, operæ pretium faciam, si declarato iam Syro-Coptitarum in China reperto monumento, hoc loco quoquè monstrem, qua occasione, & via hi Apostolici Viri in huiusmodi remotissimas plagas penetrarint; hoc enim præstito, AEgyptum non Christianæ tantum Religionis, in exteris regionibus promouendæ; sed, & omnis superstitionis per totum orbem propagatæ Seminarium nullo non tempore fuisse, clarè patebit. Verùm vt in re abstrusa clariùs procedam, primò sententias quorundam hìc de ijs proponere visum est; vt illis discussis quid circa rem propositam statuendum sit, luculentiùs patefiat.

Coloniæ copto-AEthiopicæ Ecclesiæ.

Primò itaquè non desunt, qui huiusmodi Colonias Christianorum in Chinam cæteraſquè Asiæ regiones penetrasse asserant ope magni illius Imperatoris Asiatici, quem Authores passim Presbyterum Ioannem vocant; Sed cum maxima sit inter Authores de hoc Imperatore, eiusquè Regnorum situ, qualitate, ac conditione,

Presbyter Ioannes.

tione,cõtrouerſia,antè õnia aliqua de ipſo eiuſq; Regnis ad clarioré rerũ explicationẽ,a dferemus.

Quemadmodum igitur AEgyptiorum Reges primum Pharaones, deinde Ptolomęi, Mauritanorum Seriphij, Perſarum Xerxes quondam, & Artaxerxes, nunc Sophi dicuntur, ita Preſbyteri Ioannis nomen quorundam Chriſtianorum Principum à longo iam tempore denotat dignitatem. Quos quidem non apud AEthiopes, aut in vlla alia Africæ parte, vt perperam multi opinantur; ſed in Aſia imperaſſe peritiores conueniunt, quo tamen loco imperium habuerit, non eſt omnino compertum. Nam, quod quidam ſcripſerunt eos fuiſſe Reges Cathaię, magis dubiam rem facit, cum hiſce proximis annis cognitum ſit, quicquid Cathaium eſt, ad Sinas pertinere, nec vrbem eſſe vllam, aut regnum hac voce dictum, quod nunc extra Sinarum terminos reperiatur. Sic enim à Mathæo Riccio Societ. Ieſu apud Sinas Præpoſito, geographica demonſtratione priùs inuentum, & poſtea à Benedicto Gœzio eiuſdem Societatis ex Regno Mogor Profecto, Cathaiumquè terreſtri itinere ex induſtria inueſtigante, ſatis exploratum. Non crederem ego procul à vero diſſitum, præter illam terræ partem, quæ Cathai nomine intra Sinarum limites à noſtris reperta eſt, aliam eſſe orbis plagam mul-

Vbi Imperium Preſbiteri Ioannis.

Cathaium quod Regnum.

multò ampliorem per Asiaticos, Scythas, Massagetas, Seres, & Paronomisadas, vicinosquè circùm effusam populos; Sinarumquè Regno à meridie, & occasu conterminam, cui, & Cathai nomen fuerit, & in qua is, de quo nunc agitur Presbyter Ioannes maiorum nostrorum ætate principatum tenuerit, quam Scythiã extra Imaum Ptolomęus, Paulus Marcus Venetus Imperium magni Cham, sacræ verò paginæ, teste Aria Montano Gog, & Magog apppellant de quibus, & Sibylla.

Paulus Mar. Ven.

Sibylla l. carm:

Αἵ σοι Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἑφεξῆς ἅμα Μαγὼγ,
Μαρσὼν ἠδ' Αγγεύσασοι κακὰ μοῖρα πλάζῃ.

Hæc tibi Gogq; Magoq; alijsq; ex ordine cũctis.
Marson atq; Angõ tibi quot mala fata propinquant.

Hanc autem Scythiam veram Cathaiam esse plurima monstrant indicia, de quibus & Geographia arabica, per 4 integra climata posteriora tractat, traditquè hominibus, animalibus, minerisquè refertam, Christianis florentem, ac immensis Caucasi districtibus circumuallatam, dictam Iagog, & Magog ita enim part. 9. clim. 5. lin. 21. refert.

Geographia Arabica.

ومن قلعة خرذا مدينة تهامه فى جهة الجنوب
اربع مراحل ومن مدينة خراذا الى الجبل المسمى
قوقايا سبعة ايام وهذا الجبل الذى يحيط بياجوج
وماجوج

وماجوج وهو جبل قايم الحنبات لا يصعد
الى شى منه البتة وان صعد لم يتوصل الى قنته
للكثرة الثلج المتعقد به وان لا ينحلل منه ابدًا
ولان اعلى هذا الجبل عليه شبه اضباب ابدًا
الدهر كلّه لا ينجلى عنه ولا يزول منه وهذا
الجبل خلفه من بلاد ياجوج وماجوج مدن كثيرة
وربما تعلق بهذا الجبل النادر من الناس فبرقى لترى
ما فى اعلاه وما خلفه فلا يرجع ولا يمكن
رجوعه انه لعدوان الحيوان عليه او اقبض الامم
الذى خلق الجبل على من طروا عليهم من
سايرلامم وربما رجع بالخبر الشاذ منها ويجبرانه
انه راى بالليل فى تلك الارض التى خلق الجبل
نيرانا كثيرة واما بالنهار فلا يرى شيا الاضباب
وسرابا مختلطا متصلا وهذا الصنف.

hoc est *A diuersorio Garada ad ciuitatem Tàhamet è latere australi 4 conficiuntur leucæ (quarum videlicet, vna in 25. passuum) à ciuitate Garada vsquè ad montem, qui Caucasus dicitur, 7 dierum iter est. Atquè hic mons Regiones Iagog, & Magog circumdat (mons verò lateribus constat adeò arduis, vt nemo ea transcendere possit, & si ascenderit nunquam tamen ad fastigium montis perueniet, niuium inueteratarum, & in glaciem concretarum copia impeditus; & quoniam eæ nun-*

Altitudo montis Caucasi.

quam dissoluuntur, in vertice montis nebulæ cuiusdã iugis Caucaseis perpetuò insidentis similitudinem exhibent. Post montem verò multæ vrbes Iagog, & Magog. Et contingit non rarò, vt homines huius regionis curiositate ducti ascendant, visuri quid in supremitate montis sit, & quid à tergo eius, & non reuertuntur, & impossibilis est reditus eorum, vel quia à feris siluestribus dilaniantur, vel quia à reliquis populis post montem commorantibus capiuntur; Qui verò subindè redeunt incolumes, narrant quod in transmontana regione nocturno tempore multi ignes; diurno verò; Christiani *nil aliud, quam nebula mixta caligine cernatur.* Et paulò post linea 35. ait *indigenas terræ Iagog, & Magog ignium, & rei cuiuscunquè luminosæ cultores esse.* Iterum in part. 7. climatis dicti lin. 34. *in huius regionibus plurimos quoquè Christianos, seù Nazareos habitare.* Et part. 8. lin. 18. *magnam*, dicit, *vim auri, ex huiusmodi montibus colligi, & lapidum pretiosorum varia genera, item ferarum venationes*, demum, *magnum hisce regionibus Principem præesse.* Quæ omnia Imperio magni Cham, seù Cathaio conuenire oculatus inspector Paulus Marcus Venetus l. 1. c. 64. his Egrigaia Prouincia uerbis tradit. *Ab Egrigaia Prouincia eundo versus Orientem, iter ad Tenduc ducit, (quam pleriquè Geographi cum Cathaio confundunt) in qua sunt ciuitates, & castra multa, vbi etiam manere*

con-

consueuit Rex ille magnus, & toto orbe terrarum nominatissimus, vulgo Presbyter Ioannes dictus. Modo autem prouincia illa tributa pendet magno Cham, habens Regem de progenie Presbyteri Ioannis. Et licet ibi sint aliqui Idololatræ, & Mahumetani, tamen maior pars prouinciæ fidem obseruat Christianam, & hi Christiani primas tenent in hac prouincia; præsertim est ibi gens quædam Argon vocata, quæ reliquis populis sagacior est, & eloquentior: sunt etiam hic Regiones Gog, & Magog, quos illi nominant Lug, & Mongug, in his locis reperitur lapis Lazuli, de quo fit azurum optimum; sunt etiam in montibus hisce prouinciæ magnæ, minerę argenti, & multiplices silueſtrium animalium venationes; quæ omnia aptè conueniunt paulò antè allegatæ arabicæ descriptioni. De montium verò Iagog, & Magog altitudine, ita lib. 1. cap. 37. scribit. Hinc si discedas ad Orientalem plagam ascendendum tibi erit per 3 continuos dies, (videlicet arduas Caucasi rupes) quousquè peruenias ad montem altissimum, & quo altior non est in mundo; nulla quoquè ibi apparet auis propter frigus, & nimiam terrę eleuationem, quę pabulum nullum administrare potest animalibus. Ignis si quandoquè ibi accendatur obstante nimia regionis frigiditate, non est ita lucidus, nec adeò efficax in sua actione, vt in locis demissioribus, (& paulò post.) vocaturquè hæc regio Belor omni tempore

Argon populus.

Gog & Magog

Mons altissimus.

Frigus ingens.

hyems effigiem præseferens donec viator 40 dietas absoluat. Hæc Marcus Venetus. Atquè circa hoc Regnum Belor antiquam, scilicet Sacarum stationem, Tebeth principale Presbyteri Ioannis in Cathaio Regnum, situm esse, tum Geographus Arabs, tum tractatus ארח עולם ארם dictus R. Abraham Pizol clarè demonstrant. Ille quidem id Begarger vocat, in qua & maximam vrbem esse sequentibus verbis asserit.

Belor

R. Abram Pizol

ومن شريقها بلاد الغرغر ومدينتها العظمى لها اثنا عشر بابًا من حديد واهلها.

In Orientali parte illius est Regio Begarger, cuius vrbs maxima nominatur Centaba duodecim portis è ferro instructa. R. Pizol cum Veneto id Balor vocat, in quo, & Regnum Tebeth recens detectum ait, Verba eius hæc sunt.

מלנות באלור הגדולה העליון לכל אלה אשר כתבו הספרים אצלן שיהודים רבים סגורים בו והוא בצד המזרחי הצפוני גם נתגדשו עוד ישובים אחרים בחדוש הגלילות האלה המזרחים ביבשה יקרא ום בשם יושביהם בטיבט צינבא בוקטארי עדדי אוראבאוס וקרוב לזה למעלה מהכל עיר גדולה לאלחים אין כמוה תחת השמים אשר סכלטוב להסהדברים היקרים ומתנהגים כפי הטבע

Regnum, inquit, Balor magnum, & excelsum nimis iuxta omnes illos, qui scripserunt Historicos sunt in eo Iudæi plurimi inclusi, & illud in latere Orientali, & Boreali, & sunt adhuc populi alij non ita pridem detecti in eodem Regno, vocant eos indi-

genæ

genæ, Tebeth, Zinegae, Bukchari, (lege Buccara) vsquè diarusa (lege Adiarochosa) Ariachosiam vsquè; Huic vicina vrbs est omnes alias vrbes magnitudine superans, penè diuina, non est sicut illa sub Cælo, in qua omnia bona reperiuntur. quæ sanè alia esse non potest; nisi Cambalu; quam vicinam Regno Tebeth omnes pæne constituunt Geographi relationem Pauli Marci Veneti secuti, quibus omnibus ea congruunt, quæ de Regno Tebeth, eiusquè maxima vrbe Chaparangue, atquè de monumentis religionis à Christianis quondam ibi relictis refert P. Antonius Andrada Lusitanus è Soc: IESV, qui cum incolas eius Religione Christianos inaudisset, è Regno Mogor anno 1624 plenam laboris difficultatisquè in id expeditiouem suscepit. Id autem vnum è magnæ Cathaiæ regnis asserit; Cathaiam autem, totam illam Asiæ partem complecti, quam extra Imaum montem Ptolomæus collocat, Seriam antiquitùs dictam, quam ab ortu terminant Oceanus, & China; Gangis fontes, Caucasi iuga, Parapanisus, & Aria à meridie; ab occidente tota intra Imaum coarctata Scythia; à Borea deniquè Oceanus Hyperboreus. Vndè patet totam illam Tartariæ magnæ plagam extra Imaum siram nomine Cathaiæ, aut Regionum Iagog, & Magog intelligi. Ostendit hoc clarè supra citata Geographia Arabica,

Expeditio ni regnum Tebeth.

Cathaiæ fines.

bica, quæ de ijs per quatuor integra climata, agens, omnia, quæ miranda de ijs cæteri Authores tradunt, confirmat; veluti de Pygmæis Cubitalibus, & insolitæ vastitatis volucribus, in interiori recessu Regnorum Iagog, & Magog, seù Cathaiæ, degentibus. De illis ita part. 10 clim. 5. tradit.

ان فى هذا الجز العاشر من الاقليم الخامس بلاد ياجوج العليا وهي بلاد كثيره عامره وهم عدد كثير وخلفهم خلق صغار جدا وهم كلهم قصار جداً ونهاية القصر حتى ان الرجل منهم لا يتجاوز ثلثة اشبار ونسوانهم مثل ذلك.

pygmæi

Est in parte huius climatis Iagog regio multùm habitata, & post eam homines inueniuntur, omnes minimi statura, in tantum vt ex ijs vnus 3 palmos, vel spithamas non excedat, & mulieres eorum similiter. Cui consentiunt omnes Septentrionalium rerum Scriptores. Ita Paulus Iouius in libro de Moscouitarum legatione. *Vltrà Laponas*, inquit, *in regione, inter Corum, & Aquilonem perpetua oppressa caligine Pygmæos reperiri, aliqui eximiæ fidei testes retulerunt, qui postquam ad summum adoleuerint, nostratis pueri denum annorum mensuram vix excedant, meticulosum genus hominum, & garritu sermonem exprimens, adeò, vt tam Simiæ propinqui, quam statura, & sen-*

sensibus ac iustæ proceritatis homine remoti videantur. De his vide quoquè Olaum Magnum, qui eos *Screlingers*, hoc est cubitales appellat. Certè meminerunt huiusmodi monstrorum Authores Grauissimi, Aristoteles, Plut. Ctesias, Plinius, ac proindè ea aliquãdo visa esse vti non facilè negauero; itahomines eos veros fuisse non facilè asseruero, cùm in hunc diem metallorum fossoribus huiusmodi monstrorum genus in profundioribus Terræ regionibus, quos dęmonculos Montanos passim vocant, comparere soleat de quibus ita *Georgius Agricola fol. vlt. de animal. subter.* Sunt deniquè mites quidam dæmones, quos Germanorum alij, vt etiam Græci vocant Cobalos; quod hominum sunt imitatores. Nam quasi lętitia gestientes rident, multa videntur facere, quum prorsus nilhil faciant. Alij nominant virunculos montanos, significantes staturam, qua plerunquè sunt, nempe Nani tres dodrantes longi. Videntur autem esse Seneciones, & vestiti more Metallicorum, id est vittato indusio, & corio circum lumbos dependente induti. Hi damnum dare non solent Metallicis; sed vagantur in puteis, & cuniculis: & quum nil agant, in omni laborum genere se exercere videntur; quasi modo fodiant venas, modo in vasa infundant id, quod effossum est: modo versent machinam tractoriam. Quan-

Pygmæi, vtrum alicubi existant, & an veri homines sint?

Georgius Agricola l. vlt. de animal. Subter.

quam

quam verò interdùm, glareis laceſſant operarios, rariſſimè tamen eos lædunt. Nec lædunt vnquam, niſi priùs ipſi cachinno fuerint, aut maledicto laceſſiti, non diſſimiles ijs dæmonibus, quos Gutelos, aut Trullas Germani vocant. Quos ſexu, tàm mulieris quàm viri ementito, cùm apud alias nationes, tum apud Sueones maximè in famulatu fuiſſe ferũt. Hæc Georg: Agric:

Cui aſtipulãtur quotquot in viſceribus terræ auro ſcrutando operam dant; atquè ex horum numero ego dictos Pygmæos, ſi quando ab hominibus viſi ſunt fuiſſe ſentio, qui homunculorum ſpecie, in caliginoſis huiuſmodi regionibus, ad quas damnati ſunt, apparentes, hominibus fabulæ de Pygmęis cubitalibus gruum antagoniſtis, occaſionem præbuerint. Atquè hãc opinionem haud improbabilem eſſe, is facilè cognoſcet, qui ea, quæ de dæmonum ſpectris in ſeptentrionalibus regionibus paſſim comparere ſolitis Olaus, Iornandes, & Marcus Venetus de deſerto Lop in Cathaio tradunt, diligenter fuerit perſcrutatus.

Gryphes in Cataio ſeu Iagog, & Magog

Porrò De vaſtis volucribus, ſeù Gryphibus Hyperborreis. p. 9. clim. 7. hæc tradit Geograph.

Geographia Arabica.

قسمن هذا الجز التاسع من الاقليم السابع قطعه
من ارض ياجوج وماجوج الداخلة وحكى
وقطعه من البحر الزفتى وهو اخر البحر الشرقى
وهم

وهو ايضا مظلم وحكى صاحب كتاب العجايب
ان فى داخل بلاد ياجوج وماجوج نهر يسمى
المشهر لا يعرف له قعر فاذا تقاتلوا واسر بعضهم
بعضًا طرحوا الاسرى فى ذلك الوادى فيرون عند
ذلك طيورا عظامًا تخرج الى من ان يصلوا الى
اخره فترفع بهم الى تلك الكهوف فتاكل
اجسومهم

Continet hæc pars 9. climatis 7. partem Terræ Iagog, & Magog interioris, & partem maris picei; narrat Author libri rerum mirabilium, quod ad introitum regionum Iagog, & Magog fluuius sit dictus Almashar, inexplorabilis profunditatis. Et occisorum in prælio corpora in hoc flumen proiecta, simul ac ingẽtes quædam Aues conspiciunt, subitò eductа in speluncam, quam èlatere Montis habent, deportant ibique corpora eorum deuorant. Meminit horum rapacium volucrum quoq; Beniaminus in itinerario suo, eosque circa eundem Borealem Cathaiæ tractum iuxta quendam maris sinum astro Kesil seù Arcturo subiectum, ac proinde æstuosissimũ ponit, in quem cum homines vi sæuientis maris fuerint coniecti, irremediabiliter eos mori necesse sit, nisi se ope dictarum volucrum, modo quodam admirabili (quem cognoscere non fuerit iniucundum) eripiant.

R. Beniamin in itinerario vbi de Sinarum regione agit

לוקחים עירות בני בקר עמהם ואם יבא אותו הרוח וישלכם בים הבקפא יקח העור ויכבח בתוכו וסביו אחד בידו ותופר את העור מפנים כדי שלא יפנם בו המים ומפיל עצמו בתוך המים ורואה הנשר הגדול ונקרא גריפו והוא סבור שהיא בהמה יורד ולוקח אותו ומוציאו ליבשה והנה העילו בהר עמק לאכול אותו וממהר האדם ומכה אותו בסכין והודגו ויוצא מן העור והולך ער שמגיע ליבשה והרבה בני אדם ניצילים נענין זה

Boum coria integra quàm plurima in nauibus imponuntur; qui cùm in has maris angustias vento acti introducũtur singuli singula subeunt, atque collo introrsum complicato, ita consuunt, ne aquæ aditus pateat vllus: tum seſe mouẽtes in mare conijciũt, quos cum maximæ aquilę illis regionibus familiares gryphes dictę prospiciunt: boues, aut alia animalia esse putantes, aduolantes eripiunt, atque in aridam transportant, tunc verò depositis in valle, vel monte incumbunt, vt ipsis disruptis pascantur; verùm opportuna celeritate vsus, qui intra corium includitur homo, feram ipsam gladio consossam vulnerat, & occidit, atque hoc pacto complures euadunt.

De narrationis huius veritate nolo disputare, vt pote à Rabbino facta, quod genus hominum huiusmodi fabulosis narratiunculis nullo non tempore delectari solitum nemo nescit; hoc scio plerosque Geographos circa hunc extremum Septentrionis, & hyperborei Oceani tractum

ctum inusitatæ magnitudinis Volucres ponere, quos Grifalcos Paulus Marc: vocat ijsque ad Venationes M. Chamũ, vti solitum tradit. Herberstenius quoque ex recentioribus memorat, tantę hisce locis fortitudinis Aquilas esse, vt vitulum aggredi non vereautur, huc fortè respicit quod cit. Marcus Ven: l 3. capite de monstrosæ vastitatis volucre Ruc dicta ἐλεφαντομάχῳ narrat. Vt vel hinc appareat non sine causa tanta de hyperboreis Gryphibus ab Authoribus tradita fuisse. Certè Aegyptios Sapientes dicta monstra nequaquam latuisse, imò ea inter hieroglyphica, symbola relata ex Oedipo nostro clarè patebit; quare nemo miretur si nos in hac materia Copta seu Aegiptiaca ad Pygmęos, & Gryphes Scythicosdilapsos vider it, quo enim fine id fecerimus, & quanta sit huius digressionis vtilitas tunc apparebit; nunc ad instituti nostri semitam reuertamur. Atque ex his omnibus hucusque dictis tandem concludo; Tartariam, Scythiam, Regiones Iagog, & Magog vno nomine Tartarico Cathai, (quod Regna significat montibus, & desertis referta) comprehendi. Diuiditur autem Cathaia in maiorem, & minorem; maiorem Cathaiam immensa locorum hucusque inexploratorum intercapedine, à Caucaso inter latera videlicet Oceani Hyperborei, & montes Sinarum ad Oceanum Orientalem vsque

Cathai, montes & de sertta significat Tartaricè.

extenſam, ibi in extremo Septentrionis angulo Americæ iſthmo quodam coniungi, ego mathematicis rationibus penè conuictus exiſtimo; Minor verò Cathaia maioris prȩcipua pars eſt, quam nos (quicquid alij dicant qui cum Kitaisko ſeu nigra Cathaia eandẽ cõfundunt) cum PP. Soc. Ieſu, qui eam diligẽter explorarũt, aliam eſſe nõ dicimus, quam eã videlicet regionẽ quæ Borealibus Sinis cõtermina, Thebet, cuius quoq; paulò ante mentio facta eſt, vulgò appellatur. Atque in hiſce vaſtis Cathaiæ regionibus longè latèque potentiſſimum iſtum Imperatorem, Presbyterũ Ioannẽ dominatũ Reges 72. partim Chriſtianos, partim Ethnicos ſuæ ditioni ſubditos habuiſſe comperio; etſi multitudinem regnorum, multitudo nominum ei impoſitorum ſecuta, magnam paſſim Hiſtoricis præbuerit confuſionis materiam. Quidam enim paſſim eum cum magno Cham cõfundunt. Alij Aſchid vocant origine Perſam; ita Almachin. l. 3 c. 4. hiſt. Sar:

Presbyter Ioannes varijs uominibus intitulatus

كلمن ملك فرغانه لقت يلاخشيـــل كما يسمى
ملك الروم قيصر الفرس كسرى

Omnis Rex Pharganæ (ita Vrbem Sogdianæ, vocant) dicitur Aſchid, quemadmodum Romanorum Imperator Cæſar, aut Perſarum Coſrai. Sunt qui *cum Aethiopibus eum recenti nomine* ዮሐንስ ቀሲስ

Iu-

Iuchanes Belul, idest, precioſum Ioannem nũcupent. Nonnulli in honorem Ionæ Vatis dictum apud ſuos Ioanam, omnibus, qui Imperiũ illud tenebant, cõmuni nomine haud improbabili coniectura aſſerũt. In his tamen Occiduis Eccleſiæ latinæ partibus Ioannem ſolitum appellari addito Presbyteri vocabulo, non quod is Sacerdos eſſet; ſed quia Archiepiſcopi primatis more Crucem erectam, quo religionis Chriſtianæ defenſorem ſe prædicabat, ſibi præferri curabat. Vnde Scaliger eum à Perſica voce فرستخانی Preſtegiani quod Apoſtolicũ ſonat, ita dictum putat. quas voces Occidui perperam intelligẽtes, pro voce Preſtegiani (Presbyter Ioannes) ſcripſerunt. verba eius ſubiungo. *Sanè non ſemel miratiſumus gentem nauticæ rei penitùs ignaram adeò terra marique potentem fuiſſe, vt ab Aethiopia ad Sinas vſque Imperij fines propagarit, Ab illis enim temporibus eius Imperatoris notitia ad nos peruenit; Sed nomine Preſtegiani quod perſica linqua, quæ tota Aſia ferè locum habet, vt in Occidente Latina, ſignificat Apoſtolicũ. quo nomine Chriſtianum Regem & Orthodoxum intelligi conſtat. Nam Perſicè* فرستخان *Preſtegiani, numero plurali* Ἀποστολοι فرستخانی *Preſtegiani verò Apoſtolicus, velut* فندسه فرستخانی *Padeſa Preſtegiani; Rex Apoſtolicus arabicè* ملك الوسرلی

preſtegiani Perſicè dicitur.

Gentilitiũ

الوسرلى *Melek alraſſuli Aethiopicè* ንጉሠ ነገሥት *Negus Chauuariaui dicitur. Magnum & latum ipſorum Aethiopũ in Aſia Imperiũ fuiſſe indicio ſunt Cruces Aethiopicæ; quæ in Iapan, Sina, & alibi viſuntur; quin & Templũ Thomæ Apoſtoli in Regione Maabar ſitum, nil niſi Aethiopicum habet, Cruces, ſtructuram, & multa alia, & quod mireris nomen.* hucuſq; Scaliger. E quo diſcurſu, benè quidem colligitur, ex Aethiopia in Indiã, Chinã, & cæteras Aſiæ Regiones Colonias quaſdam, quæ fidem Chriſtianam illis in locis propagarent, traductas, quod & nos modo nitimur oſtendere; At quòd Presbyterum Ioannem origine Afrum, aut ex Aſia pulsũ in Aethiopia Rerum potitum poſtmodũ reſediſſe, dicat; omninò cõfictum eſt, & omni fundamento, vt poſtea videbimus, caret. Diuerſos enim fuiſſe Imperatores Africanum, & Aſiaticum, magna meliorũ Auctorum pars mecum conſentit. Atque Aſiatici quidem Imperium multos annos floruit, donec ad Dauidem quendam peruẽtum, qui vt Paulus Marcus Venetus tradit, à quodam duce Cinge dicto (qui in Imperatorem electus à Scythis, pro Presbytero Vncam cæpit appellari) prælio cum ingente rei Chriſtianæ detrimento victus, & Imperij gloriæ, & Presbyteri Ioannis nomini finem impoſuit. Quo tamen errore Presbyteri Ioannis nomen Abaſſino Imperatori datum ſit,

Paul: Mar: Venetus.

rem

rem apertam facio. Eo tempore quo nouas terrarum plagas maritimo cursu Lusitani inquirebant, magna per Europam celebritate ferebatur Presbyteri Ioannis nomen, dicebatur enim esse Imperator potentissimus, multorum Regnorũ dominus, Religione Christianus, quo tamen esset loco erat incognitum. Ergo cum Petrus Couillanius, quem Ioannes II. Lusitaniæ Rex ad eum principem per mare mediterraneum primum, terrestri deindè itinere inuestigandum miserat; in Asiatica India ad quam deuenerat, audisset, in in ea Aethiopia quæ sub Aegypto est, principem quendam esse, longè potentissimum, qui Christianam profiteretur Religionem, ad ipsum se contulit; cumque multa apud ipsum reperisset, quæ de vero Presbytero Ioanne constanti fama apud Europæos percrebuerãt, credidit illum esse, qui Presbyter Ioannes dicebatur; hic igltur primus fuit, qui Abyssinũ Imperatorẽ eo cæpit nomine appellare, Eum deinde cæteri imitati, qui consequentibus annis Aethiopiam sunt ingressi, eundem errorem in Europam facilè inuexere. Cum itaquc de Presbytero Ioanne loquimur, Abassinum Imperatorem nequaquam intelligimus, cum præter quam, quod ab Asiatico, toto cœlo eius Imperium sit diffitum, nulla quoque in Chronologia Regum Aethiopiæ, vt ex ea patet, quę in Vaticano latina habetur, de eius aut ex

Cur Abassinorum Imperator quoque Presbyter Ioannes dicatur.

Afri-

Damianus à Goes

Africa in Asiam, aut ex hac in illam transmigratione fiat mentio: imo expressè negat Damianus à Goes l. de Aethiopum moribus, eum Presbyterum Ioannem dici, aut vnquam dictum esse, quod & Sacerdotes Aethiopes supra citati asserunt. Sed intelligimus maximũ illum Asiæ Principem, de quo in præcedentibus hactenus dictũ est. Illo enim eiusque successoribus longè latequè in Asia Imperantibus, fidemque Christianam egregiè promouentibus, aut vocatos, aut sponte sua fama istorũ Regnorum & promouẽdæ fidei zelo, aut quod probabilius est dirę illius persecutionis, qua in Syria, Aegypto, vicinisq; Aethiopiæ locis, ad supplicia sæuissima Christianæ vitæ sectatores, passim inquirebantur, compulsos formidine è dictis locis fugientes in media Persia Bactria Turchestane substitisse, deinde in extemas Asiæ regiones, paulatim longo exilio peruenisse, omninò verisimile est. Imò id luculenter demonstrat superius adducta Syriaca inscriptio, vbi Iizbuzad Archiepiscopus Sinẽsis dicitur filius Noe Sacerdotis cuiusdã o riũdi ex ciuitate Belech Regni Turchestan; quemadmodum è Syriacis verbis hoc loco repetitis constat;

Quomodo & vnde Chistiani in hæc loca penetrarint.

Belech ciuitas Turchestan.

ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘܢܝܐ ܡܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܩܫܝܫܐ
ܘܟܘܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܟܘܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܘܬܐ ܒܪ ܡܠܟܝܬܐ
ܩܫܝܫܐ ܕܡܢ ܒܠܚ ܡܕܝܢܬܐ ܕܬܚܘܪܣܬܢ

An-

Anno milleſimo nonageſimo ſecundo &c. Iydbuzad Sacerdos & Archiepiſcopus Cumdan ciuitatis regiæ filius Noe Sacerdotis oriundi ex Belech ciuitate regni Turcheſtan &c. Turcheſtan autem Turcarum origine infamem Regionem eam eſſe, quam Sogdianam Ixarte flumine irriguam Ptolemæus vocat, magnæ Cathaiæ initium, & Ciuitatem Belech in ea ſitã, clarè geographus Arabs part. 8. clim. 4. lin. 34. oſtendit, vbi de Coraſinorum Turcheſtanis peculiari prouincia agens, Ciuitatis Belech ſitum non procul à Samarcãda regia magni Tamburlanis Curia, celebratiſſima quondam vrbe conſtituit his verbis.

Samarcanda Regia Tãburlanis

ان الجز الثامن من الاقليم الرابع تضمن جزا من بلاد خراسان ومن زرمان قصر علقمه خمسة عشر ميلا ومنها الى سمرقند ستة ميل والطريق من سمرقند الى مدينة بلخ.

Eſt autem hæc climatis 4. octaui pars, & continet portionem Regionis Coraſinæ; & inea 35. *ARarman vſque Kaſaralkamat 15. miliaria; hinc Samarcãdã 6. miliaria, & venientiũ è Samarcanda in ciuitatem Belech via eſt.* Ex quo ſanè luculenter apparet Iydbuzadum Archiepiſcopum dictum origine Syrum, patria Sogdianum, ſeu Coraſinum fuiſſe; multos quoque ex Pagodum Regione, cæteriſq; Aſiæ regionibus in Chinam Euangelij propa-

gandi causa penetrasse, ex superiori Syro-Sinica lapidis inscriptione ostenditur, quæ omnia curioso Lectori vlterius scrutanda relinquimus. Atque hæc de Colonijs in regna Presbyteri Ioannis, & in Chinam traductis sufficiant.

Verè sentiunt qui in Indiam primò eos migrasse asserunt.

Porrò qui Euangelicos hosce Viros plerosq: primùm, è Syria, AEgypto, AEthiopia in Indiã appuliſſe, eaque ad fidem Christi eorum opera conuersa, inde in Chinam, ob frequens, quod tunc temporis Indis cum Sinis maritimo itinere intecedebat commercium, è suis Colonias quasdam submisisse arbitrantur, vti verius ita certius sentiunt; cuius expeditionis factæ seriem breuibus apertam facio.

India à S. Thoma conuersa.

Notum est, inter cæteras Asiæ Regiones S. Thomæ Apostoli prædicatione Christo subactas, vnam quoque esse ingentem illum Indiæ transmontanum districtum, qui à Promontorio Comorino Narsingam, & Bengalam vsque excurrens, Zeilanum Insulam celeberrimam è latere respicit; in qua dictus Apostolus innumerabili hominum (qui in hunc diem à S. Thoma Christiani Thomæi vocantur) multitudine ad Christum conuersa, sanguinem quoq; suum fudit, quod Meliaporæ vrbe Regia, & Narsingæ metropoli contigisse, Malabarum Annales tradunt; & si quidam eum Calaminæ distincta Indiæ vrbe; vel vt perperam alij, Salaminæ in Cy-

Meliaporæ occubuit.

pro

pro passum velint; quem quidem errorem ex mala vocis *(Calamina)* intelligentia irrepsisse, tum patebit, vbi, quis locus propriè *Calamina* fuerit, aperuerimus. Nota itaq; nullã huius nominis Vrbẽ, teste Malabarũ Chronico nec hodie reperiri in India, nec olim repertam esse; Sed loco Calaminæ; *Calurmina* legendum esse, quam vocem constat Malabaricam, compositam ex *Calur*, *&* *mina*, quarum hæe *(supra)* illa, *petram* significat, quasi dicat *supra petram*. Est autam Meliaporæ eo in loco, vbi S. Apostolus martyrio affectus traditur, ingens quædam petra, quã in hunc diẽ, *Calur* Malabarica lingua vocant. Dum igitur Malabarũ fasti eum Calurminæ passum esse tradunt, ea voce nequaquam Vrbem quãdam particularem; sed vicinam Meliaporæ petram *Calur* dictam, quam Apostolus orandi gratia quotidiè ascẽdere solebat, & supra quã dũ orationi incumberet, posteà quoq; occisus est, intelligebãt. Vnde si à Thomęis quispiã, vbi S. Apostolus occubuerit, interrogarit, aliud non respõdebũt quàm Meliaporę *Calurmina*, i. Meliaporæ supra petram; ita ore tenus mihi retulit vir fide digniſſimus P. Petrus Paulus Godignus Lusitanus Collegij Soc: Iesu Cocini in India Rector, qui dũ hæc scribere Malabaricę prouinciæ Procurator in Vrbem aduenit; atque ita Annales Malabarum habere, & vnanimi con-

Calurmina non est Vrbs separata à Meliapora.

Componitur ex Calur & Mina hoc: supra petram.

sensu ab omnibus Christianis ita credi asseuerauit; ita Crux ipsa mirabilis quæ dum S. Apostolus sanguinem funderet ex ipsius sanguinis fluxu expressa inlapide quodam miraculosè comparens, in hunc diem Meliaporæ in Ecclesia Sãcti Thomæ, sũma deuotione Indigenarũ conseruata testatur; quin & id clariùs docet insolito characterũ genere circa ipsã crucẽ ad perpetuã rei memoriã incisa perigraphe, quã ex historia Xaueriana P. Ioannis Lucenæ decerptã vnà cum mysticis Brachmanũ characteribus hic adnectere visũ est.

Ioannes Lucena in vita S. Frãciſci Xauerij. c5. fol. 171. col: 2 lin: pen:

Characteres mystici in circuitu crucis scriptę.



Hosce characteres mysticos veterum philosophorum fuisse, singulosque singulis dictionibus respondere, non secus ac AEgyptiorum mysticas notas Brachmanes asserũt; quamuis alij ve-

ri-

risimilius existimẽt singulis syllabis singulas respõndere vti ex Alphabeto linguæ Tamul, atq; earundem literarũ Syllabario, quod in hoc typographio habetur, constat. Explicationem verò à Brachmane quodã factã & ex malabarica lingua in Lusitanam traductam supracitatus Lucena sequentibus verbis refert.

Depois que appareceo à ley dos Christãos em o mundo, dali à trinta annos à 21. do mes de dezembro morreo o Apostolo S. Thome em Meliapor, onde ouue conhecimento de Deos & mudança da ley, destruiçam do dæmonio. Naceo Deos da Virgem Maria, esteue em sua obedientia trinta annos & era hum Deos eterno. este Deos insinou à doze Apostolos sua ley, hum delles veyo a Meliapor com hum bordam na mam, & fez hũa igreia, & el Rey de Malabar & o de choromandel, & o de Pandi, & outros de diuersas nacões, & Seitas se determinaram todos de boa vontade, concertandose entresi de se sogeitar à ley de S. Thome varam Sancto & penitente, Veyo tempo, que S. Thome morreo per mam d'hum Brachmene, & de su sangue se fez hũa Cruz.

Crux miraculosa fluxu Sanguinis S. Thomæ expressa

Anno trigesimo, vigesima prima die Decembris, post legis Christianæ factam toto orbe promulgationem S. Apostolus Thomas, in Meliapora mortuus est; Vnde tenet cognitionem Dei, mutationem le-

legis, & destructionẽ Dæmonis, Natus est Deus ex Virgine Maria, & sub eius obedientia 30. annos morabatur, & erat Deus sine fine. Hic Deus suam legem 12. Apostolos docebat, è quorum numero vnus aduenit Meliaporam manu tenens regulam fabri lignarij & palum (fertur hic palus è mari in littus reiectus eius fuisse vastitatis, vt cõplures Elephantes ad eum loco mouendum non fuerint sufficientes, quem tamen S. Apostolus pro Ecclesiæ constituendæ fundamento à Rege donatum, cingulo proprio alligatum, in virtute Christi & S. Crucis non secus ac paleam leuissimam traxisse traditur.) *fecit Ecclesiam. Rex Meliaporæ, & Coromandelis, & Pardorum, aliique diuersarum nationum & sectarum* (Principes) *prompta omnes voluntate sese legi S. Thomæ certatim submittere* (maximo viso miraculo) *constituerunt. Venit tempus, quo S. Thomas occumberet Brahmani cuiusdam manu, & de proprio suo sanguine hæc Crux expressa fuit*. Hact: Lucena.

Miraculum à S. Thoma factum.

Porrò hæc Crux 18. Decembris festo videl: B.V. quod expectationẽ partus Hispani vocant, quotannis tempore Missę solẽnis in varios se colores mutare solet; quin & subinde sãguinẽ cum sudore copiosissimo, emittere; quod tamen semper magnę calamitatis imminẽtis prognosticũ fuisse, experiẽtia docuit: Crucis veram effigiẽ vnà cum characteribus hic apponendã duximus.

Miracula Crucis.

Pauo-



Crux miraculosa S. Thomæ Melaporæ Apostoli in India.

Pauonis figura Cruci imminens insigne est Regis Narsingæ. Cætera quæ circa hanc crucem certis temporibus cõtingere solere diximus omninò mirabilia, lege apud dictũ Lucenã, & Osoriũ quem citat Baronius tom. 1. anno Christi 57.

Extra scopum forsan hæc videri possent. Sed cùm in ea nescio quo casu inciderim, ea præterire hoc loco nolui, cùm vt eximiæ antiquitatis monumentum Europæ haud ita forsan notum, tùm vt, quomodo Breuiarium & Martyrologiũ circa locum passionis S. Thomæ intelligendum esset, hoc digressu Lectori forsan haud ingrato, patefacerm. quare ad derelictam semitam reuertamur.

Hæc itaque Indiæ transmontanæ Regio à S. Thoma Apostolo ad Christum conuersa, cùm

mul

multos annos in susceptæ fide cõstanter perseueraſſet, tandem deficientibus operarijs, & verbi Dei ministris, Regio à pristino paulatim feruore deficiens, varios gentilium errores imbibit; Vnde tota religio in extremum periculum deducta, parùm abfuit, quin pessum iret; & isset sanè, nisi Diuina Prouidẽtia tot deficiẽtis Ecclesię miserata malis, opera deuoti cuiusdam viri nationẽ Syri, qui Martome vulgò dicebatur, hoc est Dominus Thomas, maturè subueniſſet; Hic enim singulari Dei instinctu è Syria in Indiam profectus, dum vineam hanc adeò incultam, squalidam, & tribulis spinisque horridam intueretur, pro summa cura, qua Christianæ fidei propagandæ tangebatur, eam sibi excolẽdam ratus, primò Indigenarum animis cùm beneuolentia, tùm authoritate, qua pollebat maxima (erat enim non Natalium minus, quam doctrinæ eruditionisque splendore, famaque insignis) lucrefactis, mox Coadiutores Episcopos è Syria, & Babylonẽ AEgypti (ita enim passim modò Cairum appellant) accersiros, per diuersa Regni loca constituit, Syriacam linguam, qua in eadem Regione Apostolus Sanctum Euangelium quondam, vt traditio tenebat, prædicarat, introduxit, nihil deniq; eorum, quæ ad Ecclesiæ incrementum conferre possent, intermisit; hac ratione vinea Christi in pristinum statum reducta, eos

India varios errores imbibit.

Extincta religio suscitatur per quendam Thomã nationẽ Syrum.

pau-

paulatim progressus fecit ; Vt non iam proprijs contenta finibus, vberrimas propagines suas in omnẽ Indiã,& in Chinã vsq; extenderit. Verùm contigit tandem successu temporum, vt hi Suriani Sacerdotes Nestorianæ hæreseos labe infesti,quicquid proaui eorum in India laudabiliter in Christianæ religionis propagatione confecerant, ipsi prauis dogmatis turpiter destruxerint. Ita testantur dicti Malabarum Annales; ita Lusitani Annalium Indicarum scriptores Ioannes de Bairres & Didacus de Coutto. Ita deniquè refert P. Ludoicus Guſmanus in sua de Indicis expeditionibus historia Hispanico sermone cõscripta l.2.c.27. cuius formalia verba, ad maiorem fidei attestationem hic adiungenda censui. sic enim scribit.

Malabarici Annales

Son muchos los Christianos que ay en la India con este nombre de S. Thome que passaran de ciento y cinquenta mil, aunque repartidos per diuersos reynos, y subiectos à diuersos Reyes gentiles y Moros. Tienen estos Christianos su Arçobispo, Obispos y Sacerdotes, que vienen da la Suria y communmente los prouee el Patriarcha Oriental de Babylonia (o Alexandria) y porque los Obispos non pueden venir a visitar esta gente, sino de tarde en tarde, paraque no les falten Sacerdotes, ordenan a los Ninõs, siendo muy perquẽnos de todas ordines

P. Ludoicus Guſmanus.

aunque non las exercitan hasta ser grandes. La causa de auer entrada estos Obispos, y Sacerdotes Surianos en la India, y tener tanta mano, y autoritad con los Christianos de S. Thome, se vn hombre llamado Martome Suriano, que en lengua Suriana vale tanto, come en la espanola Don. Era Martome hombre muy rico, y principal, y a esta causa tuuo entrada con los Reyes de Caranganor, y Colon; y con occasion del nombre, que tenia de Thome, y su autoritad en aquella tierra, fueron sele pegando los Christianos, que descendian del Apostol S. Thome y el se hizo como Cabeça dellos, amparando los, y fauereciendolos, y por esta via les fue ganãdo las voluntades, y como el era Suriano facilmente les persuadio, que recibiessen, y admittiessen los Obispos de aquella tierra, haziẽdoles creer que aquella era la lengua, en que auia predicado Christo nuestro Senór en Hierusalem; y per consiguiente, que los Obispos Surianos ensenãuan la verdadera doctrina del Euangelio, y la que el Apostol S. Thome auia predicado à sus ante passados. desta manera entraron los Obispos Surianos lo primero en los Reynos de Caranganor, Colon, y Cochin, y poco a poco se fueron estendido a todas las partes hasta a China.

Syrè ... idẽ duod Don Thõ

Hoc est Multi in India Christiani quorum numerus vltra centum quinquagĩta millia ferè excurrit.

rit, Christiani Thomæi dicti, per varia regna diuisi, diuersis Regibus Gentilium & Maurorum subiecti reperiuntur. Habent ij suum Archiepiscopum, Episcopos & Sacerdotes, qui omnes è Suria veniunt plerumque eos ad huiusmodi expeditionem, Patriarcha Babylonio seu Alexandrino designante. Cum verò Episcopi non possint terras adeò remotas nisi admodum tardè & rarò inuisere, ne Sacerdotibus destituantur paruos adhuc pueros ordinibus initari solent, etiamsi non nisi in prouectiori ætate, functiones suas exerceant. Causa verò cur Episcopi & Sacerdotes Suriani Indiam ingressi tantam sibi apud dictos Christianos authoritatem conciliarint, fuit homo quidam natione Surianus, Martome nomine, quod in nostra lingua dominum Thomam significat. Hic Martome erat admodum diues, & excellens, & ob hanc causam intrarat cum Regibus Caranganor, & Colon, & cum occasione nominis Thomę, & magnæ qua pollebat authoritatis, Christiani Thomæi ei se coniungebant. Ita Martome veluti caput eorum factus beneuolentia sua ita omnium animos sibi deuinxit, vt difficile non esset, ijs de solis Episcopis Suriæ in Indiam recipiendis admittendisqua persuadere. Multùm ad hoc ijs persuadendum poterat lingua Syra, quam eandem esse demonstrabat, qua Christus Saluator noster in Hierosolima quondam esset vsus; & qua S. Apostolus Thomas, suis maioribus sacrum olim promulgasset Euange-

Christiani Thomæi

Martome natione Syrus fidē Christi in India suscitat.

Coloniæ Syrorum-

lium: Hac igitur ratione Episcopi Suriani primùm Regnum Caranganor, Colon & Cochin ingressi paulatim omnes circa Regiones in Chinam vsque occuparunt. Hæc Gusmanus. Quæ omnia confirmat supracitatus P. Paulus Godignus, aitque eos in hunc diem aliam doctrinalem, præter Syriacam linguam nescire; hac omnia monumenta, omnes sacros & Ecclesiasticos Codices conscriptos tenere, omnes deniq; Literatos sacris potissimùm initiandos ad hanc non secus, ac apud nos ad Latinam addiscendam teneri; addit, Vaipocotæ in Collegio Soc: Iesu, eam ex professo veluti ad Brachmanes conuertendos necessariam doceri. Vnde indubitatè colligo, tam eximiarum in vltimos Asiæ fines expeditionum Authores alios nõ fuisse, quàm dictos Episcopos Surianos Thomæorum. Inter quos non Syros tantùm; sed & AEgyptios seu Coptitas, AEthiopesque fuisse abundè declarant supraallegata nomina patria lapidis marginibus Suriano charactere insculpta. Vt ܡܨܪܝܐ, Asba ܐܣܒܐ, Saba ܣܒܐ, kusio ܩܘܫܝܐ Tabennoio ܛܒܢܝܐ, Kubtis. ܩܘܒܛܝܣ, Mitsroio

In India lingua Syriana apud Brachmanos hodiè adhuc viget.

Nomina AEthiopica AEgyptia, lapidi incisa.

Quorum illa AEthiopica, hæc AEgyptia, cætera Syra esse, vel leuiter tantùm dictarum linguarum cognitione imbutus ignorare non potest. Dicebantur autem hi omnes promiscuè Suriani, vel quod totum illum tractum, qui est ab Eufra-

te

te ad mare Erythæum vsque vnà cum extimis & citimis dicti maris littoribus Syriam latè dicerent; vel ob linguam Syram, aut Chaldaicam quam omnes doctiores profitentur; quemadmodum de Arabo-AEgyptijs & AEthiopicis Monachis supra ostendimus, & de Sinaitis monachis monstrat Beniaminus in suo Itinerario his verbis. Beniaminus

ומשם שני ימים לרפידים ויושבים שם בני ערב ואין בו מישראל ומשם יום להר סיני ובראש ההר במה לכומרים הנקראים סור ואניים ובגי ההר מצבר נקרא טור סיני ויושבין מדברים בלשן תרגום והם תחת עול מצרים

Vnde in Raphidim duorum dierũ iter est, vbi Arabes habitant, nullusque ex Israelitis est, Hinc verò ad Sinai montem vna die itur, in cuius cacumine fanum est Monachorum, qui Suriani dicuntur; in montis autem radicibus castrum magnum est, quod Tor Sinai appellant, huius incolæ Chaldaicè loquuntur, hoc est lingua targum. Lingua Targum

suntque huius loci incolæ AEgyptiorum subditi: Hos autem Monachos Coptitas fuisse, librorum Coptorum in huius Arabiæ desertæ monasterijs factæ testantur inscriptiones, quas in catalogo librorum Coptorum propositas considera. Patet igitur Ecclesiam Copto-AEthiopicam, quæ totam dicto modo Syriam comprehẽdebat, vni Patriarchæ Alexãdrino seu

Cai-

Cairano subdebat; in Indiam primò, atque hinc in Chinam cæteraſque Aſiæ Regiones, colonias factas nullo non tempore traduxiſſe. Nam cum AEgyptus optimos quoſq;, & commodiſſimos maris Erythræi portus obtinuerit, ex Erythræo verò mari in AEthiopiam, Perſidem ac reliquã denique Indiam non incõmodus traiectus fuerit, frequentiſſimam nullo non tepmore vltrò citròque fuiſſe commeationem, præter alias, celeberrima quoque illa Salomonis ex Aſiongaber maris Rubri portu in Regionem Ophir facta maritima expeditio ſatis declarat. Verùm quid Ophir hoc loco propriè ſit. inter Interpretes admodum controuerſum reperio; ſcio quoſdam Ophir pro ipſo auro obrizo accipere, verùm horum opinio iam dudum exploſa eſt; Alios verò per Ophir eam Regionem Americæ deſignare, quam Peru vulgò dicunt; quæ cum duplex ſit Borea & Auſtrina, eas numero duali Paruaim dictas ex illo colligũt והזהב זהב פרוים. & aurũ illud aurum Paruaim. Ita Arias Montanus. Verùm cum non videam quomodo dicta claſſis in Antipodum Paleſtinæ prorſus & è diametro oppoſitum, diſiunctum, ignotumque mortalibus Orbem, abſque magnete, cuius tunc temporis vſum ignorabant, alijsque ſubſidijs, quibus freti noſtri Archinautæ eum Orbem detexerunt, deſtituti, ſecurè, & tam exiguo tempore peruenire potue-

Commoditas ex AEgypto nauigandi in Indiam.

Quid propriè Ophir

tuerint; præterea quo animo aurum, gemmas, ligna pretiosa, cum tanto periculo in Regionibus adeò diſſitis, quibus in vicinioribus, vtpote Cherſoneſo aurea abundat, quærere attentarint? hæc inquã qui facere potuerint cũ non videam, meritò eã opinionẽ veluti incongruã explodendã cẽſeo. Certius itaq; & ſecurius iter arrepturus dico, Ophir vocẽ Coptã eſſe, ſeu AEgyptiacam; qua AEgyptij Veteres eam Indiam appellabant, quæ continet Regna Malabar, Zeilanum, Aureã Cherſoneſum & ad eam ſpectantes Samatram, Moluccas, Iauas, aliaſque vicinas Inſulas Auriferas, in quas Hiram claſſem Salomonis ſtatutis temporibus expediuiſſe, non aurũ tantùm, gemmæ, lapides & ligna pretioſa, Pauones, Simiæ, ſimiliaq; quæ è dictis Regionibus, rebus huiuſmodi refertis Claſſis Hiram ſecum attulit, teſtãtur. Sed onomaſticon noſtrum Copto-Arabicum Capite de nominibus gentium id clarè docet. vbi ⲟⲩⲁⲛⲇⲓⲡ هند Hend. quod & Indiam explicat. ⲟⲩⲁⲛⲇⲓⲡⲟⲥ verò هندى ſeu Indum, Ophir igitur nihil aliud eſt, quàm India; aurum verò Paruaim ego exiſtimo fuiſſe ex יאוים Iauaim, hoc eſt è Iauis Inſulis, ita enim has Inſulas binas dici, apud Rabbinos me legiſſe memini. Cum itaque ex Erythræo mari in Ophir ſeu Indiam adeò frequens fuerit expeditio; certè hac vſos opportunitate, nõ Chriſtianæ tantùm Religio-

Salamoni Vnde aurũ aſportatum.

ⲟⲫⲓⲣ Aegyptiacè Indiam ſignificat.

gionis propagatores; ſed & veteres AEgyptios eorumque Hieromãtas, & philoſophos cum dictis Regionibus ingens habuiſſe vltrò citròque commercium, varia AEgyptiorum in ijs relicta teſtantur monumẽta. Inter ea Ormus ſeu Hormuz nobiliſſima Perſici ſinus Vrbs, prima Aegyptiorum in Perſia Colonia, & cõmoda ijs qui in Indiã traijcere volũt, ſtatio, quãq; ab Hermete AEgyptio, (à quo & nomen habet; هرمز Hormoz enim Arabibus idẽ eſt, quod Græcis Ερμῆς Mercurius) ædificatã, Haithon tradit l. de Tartaris c. 6. Iterum Reges Perſiæ AElius Spartianus, ab Oſiride, Pſammoſſires dictos aſſerit; nec imperitè, Oſiridem.n. primùm in eas partes & dein in Indiam conceſſiſſe, Vrbibuſque exſtructis populos ad meliorem viuendi normam redegiſſe, Diodorus ſequentibus verbis tradit.

Ormus ab Ermete fundata.

In vita Adr:

l.1.c.2.

Επειτα ποιήσασθαι τὴν πορείαν δι' Αραβίας παρὰ τὴν Ερυθρὰν θάλασσαν, ἕως Ινδῶν καὶ τοῦ πέρατος τῆς οἰκουμένης, κτίσαι δὲ καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν Ινδοῖς, ἐν αἷς καὶ Νύσαν ὀνομάσαι, βουλόμενον μνημεῖον ἀπολιπεῖν ἐκείνης καθ' ἣν ἐτράφη κατ' Αἴγυπτον. φυτεῦσαι δὲ καὶ κιττὸν ἐν τῇ παρ' Ινδοῖς Νύσῃ καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν κατὰ τὴν ἰνδικὴν καὶ τὴν ἕμορον χῶραν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀπολελοιπέναι κατ' ἐκείνην τὴν χῶραν, δι' ὧν προαχθέντας τοὺς μεταγενεστέροις τῶν Ινδῶν ἀμφισβητῆται περὶ τοῦ Θεοῦ, λέγοντας, Ινδὸν εἶναι.

Hinc per Arabiam, ſecus mare Rubrum ad Indos vſque & Orbis habitabilis fines perrexit.

Nec

Nec paucas Indis Vrbes cõdidit, è quibus vnam vocauit Nyſam AEgyptię illius, vbi nutritus fuerat monumentum relinquere volens. In hac Indorum Nyſa hederam plantauit, quę præ omnibus Indiæ, & finitimæ terræ locis tantùm creſcit & permanet. Multa inſuper alia ſui in terras illas aduentus ſigna reliquit. quibus Indi poſteriores inducti, controuerſiam mouent ſuper hoc Deo, & natione Indum eſſe contendunt; Huius ſecuti veſtigia, frequentius poſtmodum huiuſmodi plagas AEgyptios adijſſe veriſimile eſt. Certè Perſarum Magos, Indorum Brachmanas, vti & cæteros Aſiæ ſapientes omnem philoſophandi rationem, omnes circa Deorum cultum ritus, & cerimonias ab AEgyptijs nõ aliter, quàm hoc reciproco cõmercio accepiſſe, præterquàm quod clarè in vita Apollonij id doceat Philoſtratus; certè ipſa dictarum Gentium mores & conſuetudines, id luculenter indicant; Cum in hodiernum diem in India, China, Iapone, Tartaria ſeu Cathaia, quin etiam in ipſa America, Solis, Lunæ, Siderum, Terræ, Animalium omnis generis cultum, nõ ſecus, ac in AEgypto ab immemorabili tempore, vigere intueamur. Polymorphas Oſiridis & Iſidis ſtatuas, Apides quoq; Anubides, Canopos, & ſimilia AEgyptiorum monſtra ibi paſſim coli reperias; pyramides myſticas & magnificentiſſima Templa Genijs ad AEgyptio-

Indorum philoſophi omnem ſcientiam ab AEgyptijs hauſerunt.

Idolatria AEgyptiorum in tota India paſſim adhuc viget.

ptiorum normam erecta, verbo AEgyptiacam rerum faciem vbique videas. Quæ omnia hic fusiùs declararem, nisi ea in primæ Oedipi nostri partis Syntagmate quarto (quam Simiam AEgyptiacam voco) fusissimè & particulatim pertractassem, quare Lectorem eò remittimus. Atque hæc sunt, quæ de Colonijs Coptitarum siue AEgyptiorum hucusque dicenda existimaui; de quibus non ignoro alios aliter forsan sentire posse; Verùm ista mihi visa sunt verisimiliora, potuissemque rei propositæ alias non contemnendas in medium rationes afferre, si aut instituti mei ratio id modò postulasset, aut mea interesset assensum à Lectoribus violenter extorquere. Sufficit nobis, ex AEgypto factas in totum Orbem expeditiones, qui vnicus noster scopus erat, dilucidè, etsi fusiùs forsan, quàm par erat, hocloco demonstrasse. Quare his relictis ad linguam Coptam postliminiò reuertamur.

Cap.

CAPVT V.

Vtrum Lingua Copta vera & antiqua sit AEgyptiorum Lingua.

VEteres AEgyptios, præter Hieroglyphicas literas(de quibus nos, cum non tam scriptura propriè sit, quàm symbolica quædam & sublimioris Theosophiæ per vniuersales animi notiones expressa repræsentatio; modo silemus)aliam propriã linguã, omnibusq; commune idioma habuisse, nequaquam dubitari debet, nisi forsã eos quispiã per Hieroglyphicas notas, gestu nutuque expressas, Astomorum more locutos asserat; quod ridiculũ, ne dicam stolidum est asserere. Quænam igitur fuerit antiqua illa AEgyptiorum lingua, si quis ex me quærat; ei facilius quid sentiam respondebo, quàm quid scripto prodere debeã; cum nullũ, quem in hac vetustatis nebula sequar, inueniã; ita Scriptorum omniũ in ea peruidẽda caligant oculi; ita altũ de ea omnium silentium. Veruntamen quandoquidem semper glorioſum esse duxi, in quam maximè arduis conari tantùm; ego sanè toto penè semestri spatio, quo Codicis huius nostri Coptarabici tum versioni, tum descriptioni incubui, singulari semper studio, id vnum contendi, vt è

Difficultas in inquirenda lingua antiqua AEgyptiaca.

Sacris Biblijs,Chronicis,atq;antiquioribus Scriptoribus Trismegisto,Berosо, Herodoto,Philone, Plutarcho,Eusebio,Pausania,Horo,Porphyrio,Iamblicho, alijsq;Hebræis, Arabicis, & Syriacis Authoribus,vocibus antiquæ AEgyptiacæ linguæ proprijs in vnum collectis, ijsque cum Coptæ linguæ vocabulis collatis, quid de vtraq; sentiendum esset, cognoscerem. quo labore id tandem consecutus esse videor, vt dubitatione omni sublata, id, de quo paulò ante suspicabar, clarè viderem. Nam ex ijs,quæ ad nostra vsque tempora dictorum Authorum traditione peruenerunt, nescio quid affinitatis vnius ad alteram, (quemadmodum in sequentibus monstrabimus) deprehendi. Nam examine cæterarum Orientalium ad has instituto,sicuti Copta ad antiquam AEgyptiacam, ita vtraque ad nullam maiorem deprehenditur affinitatem habere, quàm ad Græcam. Falluntur igitur omnes ij, qui illud צפנתפענח,quo ixta vulgatã editionem Pharao Iosephum mũdi Saluatorem appellat, coacta & violenta deriuatione aliud, quàm AEgyptiacum esse asserunt. Nam præterquàm quod, non D. Hieronymus tantùm; sed etiam quotquot de eius versione rectè sentiunt, id AEgyptiacum esse asserant; certè ipsæ Sacræ literæ non obstante defectu verborum id apertè significantium id adeò clarè sanè hisce verbis mõstrare videntur,

Magna affinitas AEgyptiacæ linguæ ad linguam Græcam.

Tsaphnath Phaneahh

vel

Tsaphnat phanech non est Hebraicũ

ut

vt nulli amplius dubitandi locus relinquatur. Gen. 41. v. 44.

ויקרא פרעה שם יוסף צפנת פענח

Hoc eſt *& vocauit Pharao nomen Ioſeph Tſaphnath phanehh.* in hoc verſu Hebraico, deſunt quidem hæc verba (in lingua AEgyptia) ex quo vnico aduerſæ partis ſententiæ erroris ſui originem traxiſſe videntur. Sed eorum in Hebraico fieri mentionem, neceſſarium non erat; cum vocabulum à Moſe hoc loco poſitum ſeipſum veluti peregrinũ, atq; ab Hebraica phraſi ſpurium, apud omnes linguæ ſanctæ gnaros ſatis explicet. Quod & Rabbini omnes fatentur. Rabbi Schlomo Iarrhi hoc loco inquit ואין לפענח דמיון במרקא *non eſt ſimile verbum Phanech in Scriptura.* Cui ſubſcribit Rabbi Abraham hoc loco ita commentans. אמ זה מלה מצרית לא ידענו פרושה *Si inquit hæc verba, verba AEgyptia, neſcimus eorum ſignificationem* Cum autem barbarum ſit & peregrinũ, & cuius, vti probauimus, ſignificatio neſciatur, ex ſequela ſanè verborumq; cõtextu ad aliam linguam pertinere non poteſt, niſi ad eam, quæ Pharaoni erat vernacula, quaq; Ioſephum quotidie alloqui erat ſolitus, videlicet AEgyptiam, cui affinẽ, imò eãdem diximus Coptã. Dicimus itaq; hoc vocabulũ Tſaphnath Phanech idẽ eſſe quoq AEgyptiacum

Tſaphath Phanech Aegyptia vox.

Rabbini

R. Salomon Iarrhi in comment. huius loci

R. *Abrahã hoc loco*

Tsaphnath Phanech idē quod psōtom phanech

cum seu Coptū ⲯⲟⲧⲟⲛⲡⲁⲛⲏⲕ vel ⲯⲟⲛ//
ⲑⲟⲙ ⲫⲁⲛⲏⲭ, quorum prius ⲯⲟⲛⲧⲟⲙ
in AEgyptiaca lingua futura; ⲡⲁⲛⲓⲕ vel ⲫⲁ//
ⲛⲏⲭ verò vatem vel Augurem significat, aut eū
qui futura & abscondita aperit. Hoc autem ita
esse docet Pētateuchus Coptus seu AEgyptiacus
qui ab iniuria temporū vindicatus, summo Reip.
literarię bono hodiè in Vaticana Bibliotheca cō-
seruatur. Vbi ⲯⲟⲛⲧⲟⲙⲡⲁⲛⲏⲭ pro Hebręo
צפנתפנעח legitur vti. Ⲟⲩⲟϩⲁ Ⲫⲁⲣⲁⲱ ⲉⲗⲡⲉ
ϥⲱϭⲟⲩⲣⲉⲃⲟⲗϩⲓ, ⲧⲟⲧϥⲁϥⲧⲏⲓ ϥⲉ//
ϫⲓϫⲛ̀ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲟⲩⲟϩⲁϥϯⲛⲟⲩϩⲉ ⲃⲥⲱⲛ̀
ϣⲉⲛⲟϩⲓ ⲱⲧϥⲟⲩⲟϩⲁϥϯ, ⲛⲟⲩⲭⲗⲁⲗ
ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃⲉⲫⲏⲧϥ. ⲟⲩⲟϩⲁϥⲧⲁⲗⲟϥⲉϫⲉ
ⲛⲉϯⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥⲙ̀ⲙⲁϩⲁϥⲧⲁ, ⲗⲟϥ
ⲉϫⲉⲛϯⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥⲙ̀ⲙⲁϩⲥⲛⲟⲩϯ,
ⲟⲩⲟϩⲁ ⲡⲓⲕⲩⲣⲓⲝⲱ ϣⲉⲃⲟⲗ ϧⲁϫⲱϥⲟⲩ
ⲟϩⲁϥϫⲁϥⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓⲧⲏⲣϥⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ.
& paulò post. Ⲟⲩⲟϩⲁ Ⲫⲁⲣⲁⲱ ϯⲣⲉⲛⲫⲣⲁⲛ
ⲛ̀ⲓⲱⲥⲏⲫϫⲉ ⲯⲟⲛⲑⲟⲛ ⲫⲁⲛⲏⲕ.

Pentateuchns Coptus in Bibliotheca Vaticana n.4.

Textus Coptus

Hoc est, *Dixit Pharao ad Ioseph quia reuelauit tibi Deus, omnia quæ locutus es, nunquid Sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* & posteà versu 42. *Tulitque Pharao annulū de manu sua; & dedit eum in manu eius Ioseph; vestiuitq; eum stola byssina & collo torquem aureum cirum-*

pos-

posuit . fecitque eum ascendere super currum suum secundum præcone clamante, vt omnes coram eo genuflectereut & propositum esse scirent vniuersæ teræ AEgypti.& post. versu 45. *Mutauique Pharao nomẽ Ioseph in* ΨΟΝΘΟΜΦΑΝΗΧ (quod est futurorum vates.) Ex quo sanè luculenter patet nomen illud aliud non esse, nisi AEgyptiacum. Non enim verisimile est, Pharaonem nomen Ioseph in aliam, quàm quę ei vernacula erat, linguam commutasse. Sed si forsan cuipiam in hac versione Copta, vtpote lingua peregrina, barbara & hucusque Europæis incognita minus satisfactum esset, ille adeat 70. interpretum translationem, quam ita sanè congruam Coptæ reperiet, vt in nullo ab ea differre videatur. Sic enim vertũt. Καὶ ἐκάλεσε Φαραὼ τὸ ὄνομα Ιωσὴφ Ψονθομφανὴχ *& vocauit nomen Ioseph Psontomphanech*. Quod si nunc quispiam præter Sacræ Scripturæ testimonia profanas quoque desiderat authoritates, nec illæ desunt. Nam omnes eos qui futura prædicerent, AEgyptiaca voce Psontomphanchtes appellatos esse, maximè verò Mosen hoc nomine ab AEgyptijs cohonestatum asserit Chronicum Alexandrinum hisce verbis. Τὸν Μωϋσῆ μὴ τὸ ἐπαγαγεῖν αὐτὲ τὰς πληγὰς, οἱ ΑΕγύπτιοι Ψον-θομ-φαγχθῆ προσηγόρευσαν, ὃ ἑρμηνεύε ὡ ἀπεκαλύφθη τὰ μέλλον. *Mosem inquit, cum 10. plagas in AEgyptum introduxisset, AEgyptij appellabant Psont homphanchthi.*

70. Interpretes habet Psontomphanech.

Gen. 41 n. 44.

AEgyptij Augures & Interpretes sõniorum & futurorum prædictores vocabantur Psontomphanctes.

Chronicõ Alexàdrinum f. 179 edit. Græcolatinæ

Moses ob prodigia patrata vocatur Psontomphacthes

cuiu-

cuius interpretatio est, cui futurum reuelatum est. Psonthom phanech igitur nil aliud est quàm futurorum seu Absconditorum interpres, qualis Ioseph reputabatur, eo, quod obscura somniorum præsagia sagaciter intellexisset, & prudenter interpretatus esset. Et hoc modo intelligendam esse illam vocem AEgyptiam, docet Philo in libro de Ioseph. Iosephus libro primo antiquitatũ, quibus astipulantur Expositiones Thargumicæ; Nam vbi Hebræi legunt צפנת פענת, Rabbi Onkelos Paraphrastes Chaldæus sic vertit.

Philo l. de Ioseph

Ioseph l. de Antiquit.

Rabbi Onchelos in paraphrasi Caldaica huius loci.

וקרא פרעה שום יוסף גברא דמטמרן גלין ליה

Et vocauit Pharao nomem Ioseph Virum cui manifestantur abscondita. Consetit huic Rabbi Ionathan Ben Vziel qui hoc nomen in Thargum Babylonico sic vertit.

R. Ionathas Ben Vziel in Thargũ Babylonico

וקרא פרעה שמיה דיוסף גברא דטמירן מפרשם

Et vocauit Pharao nomẽ Ioseph Virum abscondita exponentem. cui consonat Syrica quoque versio;

ܘܗܪܓܠܗ ܐܪܥܐ ܕܒܡܪܙܝܢ ܘܩܪܐ ܦܪܥܘܢ ܝܘܣܦ
ܡܣܬܪܝܢ ܪܓܠܐ ܦܥܢܝܢ ܕܒܗܝܢ ܓܠܝܢ ܠܗ.

Dabmeztrin vqcro Faraun schmeh Iauseph Zafnat Fanech dcasiotso ghlion lech. *Et præfecit Pharao Ioseph, eo, quod occulta ei essent reuelata.* Cui quadrat id quod Onomasticum Syriacum, vocem interpretando asserit.

Syriacus Pentateuchus apud Maronitas hoc loco.

ܨܦܢܬ ܦܢܝܚ ܡܫܟܚܢܐ ܕܟܣܝܬܐ.

Zafnat fanech meſchachhono dcaſiotſo. Hoc eſt *Inuentorem arcanorum, & abſconditorum*. Arabica quoque verſio idem habet hoc loco. *Arabica Lectio.*

وسمّى فرعون اسما يوسف موضح الخفيات.

Et vocauit Pharao nomen Ioſeph quaſi qui aperiret abſcondita. Vaijſmi Faraun Eſma Iuſef mutſachalhhafiat. Samaritana tamen magis congruit Hebræo textui, ſic.n. in Vaticano codice legitur. *Pentateuchus Samaritanus Vaticanus cit. loco.*

[illegible]

Vaiomer Pharao al Ioſef Ani Pharao vbalgatach lo iarim iſch eth iado veeth raglo becol Mitſraim Vaicra Farao ſchem Ioſeph Tſaphnath phanech. *Et dixit Pharao ad Ioſeph Ego Pharao & præter te non leuabit vir manum ſuam, aut pedem ſuum in vniuerſa terra Ægypti. Et vocauit nomē Ioſeph Tſaphnat Phanech, id eſt arcanorū interpretē.* Armenica verò Biblia. pro Ttſafnat fanech habēt Feſuut. vt in vaticano exēplari legitur *Armenica Biblia Vaticana.*

Եկոչեաց փարաւն հանուն յովսէփայ գաւոլթ

Eui gociatſi Paraun fanun Houſepu Feſuut. *Et appellauit Pharao Ioſeph Feſuut*. &c. quod vocabulũ quid propriè ſignificet, nullus mihi Armenorum quibuſcum frequens mihi hic Romæ familiaritas eſt, explicare potuit. Atque ex hac authoritatum farragine luculẽter apparet, hanc vocem Tſaphnath phanech, idem eſſe quod Pſonthom phanech, corruptumque eſſe ab Hebræis, ob difficultatem qua AEgyptiacas voces pronũciabant. Nam cùm hoc verbum abſconditorum reuelatorem ſignificare intelligerent; veriſimile eſt eos Pſonthon in Tſaphan (צפן enim idem quod occultum eſt) vt Hebraicæ phraſi lectionẽ redderent ſimiliorem, tranſmutaſſe. In qua opinione fuiſſe videtur Oleaſter in hunc locum cõmentans, ex Hebræorum libris perſuaſus. *Mihi videtur*, inquit, *ſi Tſaphnath phanech dictiones Hebrææ ſunt, nullum eſſe dubium quin prior* צפנות *Tſaphnoth ſignificet occultum, à* צפן *quod eſt abſcondere, ſeu occultare. De ſignificatione verò ſecundæ dictionis magis dubitatur, quod ea ſolùm hoc loco reperiatur. Rabini tamen noſtri omnes dicunt ſignificare reuelatorem lingua barbara.* Quibus aſtipulatur R. Moſes AEgyptius vulgò Rambam maximarum difficultatum egregius interpres, qui & ob eximiam eruditionis ſuæ ſoliditatem, hoc in epitaphio ſuo in hũc diem ad lacum Geneſareth in Palæſtina, viſẽdo à poſteris Hebræis

Tſaphnat phanech eſt corruptum AEgyptiacũ

Oleaſter ex R. Iari in com: in Gen:

Eulo-

Eulogium meruit ממשה ועד משה לא קם כמשה *à Moſe ad Moſem non ſurrexit ſicut Moſes.* Hic, inquam, Moſes AEgyptius natione, in commentatione huius loci expreſſis verbis aſſerit vocem Zaphnath phanech eſſe AEgyptiacam, qua arcanorũ reuelatorem ſignificarent, & ab Hebræis corruptam, & hoc ab ipſis linguæ AEgyptiæ peritis ſe accepiſſe. ψονθομφανηχ igitur ad difficultatẽ pronunciationis vitandam in Tſaphnat verſum, idẽ eſſe facilè ea nomina comparanti patebit. Vnde ſatis mirari non poſſum, quid in mentem venerit Eugubino, quod Tſaphnat phanech verum AEgyptiacum, Pſontomphanik autem corruptũ aſſerere auſus ſit; tãtùm abeſt vt hoc corruptum ſit, vt potius 70. Interpretes ab ipſis Sacerdotibus AEgyptijs inſtructos, id tanquam propriam AEgyptiæ linguæ vocem poſuiſſe, cẽſendum ſit.

Eugubinus in 4 ſuper Geneſ.

Porrò perperã ſentit Diodorus Siculus apud Claudium Duretum, qui præterquàm quod linguam antiquam AEgyptiorum extinctam dicat, tantam eius ad Hebræam adſtruit affinitatem; vt haſce duas Gẽtes ſine difficultate ſeſe intelexiſſe innuere videatur. Quod ſi verum eſt, quomodo ſeruabitur illud pſalmi de Ioſeph loquentis, *Cùm exiret de terra Ægypti, linguam quam non nouerat audiuit*? Aut vnde tantam ad Hebræam contraxit ſimilitudinẽ; an è cõmercio, vel vtriuſque populi frequẽti digreſſu? Sed Hebræos AE-

Diodorus Siculus apud Claudiũ Duretum de l'origine des langues de ceſt Vniuers c. 41.

Pſal. 80. V. 4.

Genes.41 gyptijs commiſceri nefas eſſe, ſacra pagina teſtatur. Si porrò dixerimus quod à prima origine huiuſmodi inter eos extiterit ſimilitudo,id certè cùm nulla huius rei exiſtant veſtigia, gratis aſſeremus. Quod porrò alij obijciãt illud Beniamini Iudæi aſſerentis, AEgyptiacam linguam ab Hebraica parùm differre,refutatione nõ indiget; cùm illud nequaquam de lingua antiqua AEgyptiorum; ſed Arabica, qua ante quadringentos circiter annos, quo tempore Beniamin AEgyptum luſtrabat, vulgò vtebantur,intelligendum ſit.Hanc enim cũ ſororibus ſuis Chaldaica,Syra, AEthiopica vnicam matrem ſuam profiteri clarũ eſt. Et teſtatur Author libri Gozri. his verbis.

Beniamin. Iudæus

Arabica lingua affinis Hebrææ.

היו אלו שלש לשנות משותפות מתדמות הארמי והערבית והעברית בשמותיהם הליבוהים ובשמושיהם

Tres iſtæ linguæ, Chaldaica,Arabica,& Hebraica cõtũgũtur ex ſimilitudine in nominibus ſuis cõſuetudinibus & miniſterijs. Quĩ & hoc ipsũ textus Beniamini Hebręus clarè indicat: ſic enim habet.

Chaldaica & Arabica ſimiles Hebrææ.

Beniamino Itinerari-- manuſcripto Hebraico Iudei cuiuſdã Romani.

ונתנאל ראש הכנסת וסנדרין יושב בשואן בית המלך בעיר חגדולה במצרים אשר היא ראשונה לבני ערב לש נם בלשן חקדש

Tractans de primarijs ſectæ Iudaicæ viris. *Inter hos*, ait, *primas tenet Nathanael; primus Eccleſiæ Synedrij, Sedens in Domo Regis in Soan in Vrbe magna Ægypti,quæ filiorum Arab, id eſt, Arabum Metropolis eſt, lingua eorum ſicut lingua ſancta,*

Vbi

Vbi forſan pro voce Arabica ערב, Authores עבר quod Hebræum ſignificat ſumentes, erroris cauſam dederunt. Porrò qui linguam AEgyptiam AEthiopicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Syriacæ, alijſq; Orientalibus affinem dicunt, veluti Bibliander, Geſnerus, Volaterranus, Eugubinus, Ambroſius Theſeus, nominibus quibuſdam Coptis perſuaſi id aſſerere videntur. *Patrem enim*, ait Theſeus, Πιωτ & Πϣηριμ *filium appellant, & perliteras non ſecus ac Hebræi, Arabes, & Chaldæi (quorum linguam quoque affectare videntur.) computant*. Sed quid quæſo hæc ad linguas Orientales? certè vti totius linguæ, ita quoque nominum horum à cætera Orientalium linguarum phraſi diuerſitatem maximam eſſe, nullo alio teſtimonio, niſi dictarum linguarum cum Copta comparatione, opus eſſe arbitror. Sed operæ pręcium faciam ſi id exemplo aliquo demonſtrauero.

Beniamiui Textus corruptus pro ערב accipientis עבר

Geſnerus Volaterranus, Ambroſius, Theſeus, intoduct: ling: Chald: Syriac: Armen:

Lingua AEgyptiaca ad nullam Oriẽtalium affinitatem habet.

Dicunt Patrem & Filium	*Hebræi*	אב ובן	*Ab vben*
	Chaldæi	ܐܒܐ ܘܒܪܐ	*Aba vbra*
	Syri	ܐܒܐ ܘܒܪܐ	*Abo vabro*
	Arabes	الاب والابن	*Ellab vallebn*
	AEthiopes	፡አበ፡ወወል ደ	*Ab wawalda*
	Armeni	հաւր և որդոյ	*Hor eui ordu*
	Samaritani	ܐܒܐ ܘܒܪܐ	*Ab vben*
	Coptitæ AEgypti	Φιωτ ⲛⲉⲙⲡϣηρι	*Phiot nemſiri*

Quem-

Quemadmodum è ſequenti catholicæ religionis verſiculo(In nomine Patris & Filij & Spiritus S.) toti orthodoxo mundo paſſim vſitato, patet.

Hebeæi	בש ם האב ובן ורוח הקדש *Beſchem haab vbèn veruàh hakòdeſch*
Chaldæi	ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *Biſma aba vbra varuhha Kdiſcha*
Syri	ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *Beſchem abo vabro varucho Kudſco*
Arabes	بسم الاب والابن والروح القدس *Biſmillab vallebn varuch elkods.*
AEthiopes	በስመ:አበ: ወወልኣ: ወመንፈስ: ቀዱስ:: *Baſma walwalda wam anphas Kedus.*
Armeni	յանուն հաւր և որդոյ և հոգոյն սրոյ *Anun hor eui ordu eui hocun ſer bu*
Samarit:	ܒ ܫ ܡ ܐ ܒ ܒ ܪ ܘ ܪ ܘ ܚ ܩ ܕ ܫ *Beſchem ab vben veruach haKKodeſch*
Coptitæ	ϧⲉⲙⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ̀ ⲡⲛⲁ ⲉⲑⲩⲁⲃ *Chenphrã phiot nem pſiri ne pipna ethuab*

Qui

Qui iam verba in hiſce paradigmatis propoſita diligenter contulerit, videbit magnam quidem Orientalium hìc citatarum linguarum ad ſe inuicem eſſe affinitatem; ſed ad Coptam nullam prorſus. Quid enim ⲡⲓⲱⲧ & ⲡϣⲏⲣⲓ ad *Ab beñ*, *Abo vabro*, *Ab vbnu*, *wawalda* & cætera huius generis obtineat, diſpicere vix poſſum; Accedit quod Theſeus linguarum affinitatem, ex vno atque altero vocabulo malè concludat. Nam hac ratione Germanicam dicerem maximè affinem Hebraicæ, aut etiam Perſicæ, cùm plurima cõtineat nomina dictis linguis propria. Pari ratione imprudenter faceret qui ex pauculis vocabulis Armenicis V.G. դուրջոտան *Gurcudã* Թաթարղստան *Tataristan*. Թուրդստան *Turchistan*. շուխաստան *Schaiſdan*; quibus vocabulis Indi & Armeni, Georgiam, Tartariam, Turciam Armeniã indicant, ideò Armenicę Indicã affinẽ eſſe concluderet. cùm vix lingua ſit, quæ non ab alijs quædam vocabula mutuetur, etſi ipſæ inter ſe ſint diuerſiſſimæ. Sed hæc de nomine Pſontomphanech dicta ſint.

Porrò ij, qui nomen Moyſis ab Hebraica voce משה diductum, Hebraicum eſſe volunt, grauiter quoque errant. Cùm hanc vocem Coptam ſeu AEgyptiacam eſſe, præter Authores paulò poſt allegandos id certè ſacra ſcriptura clarè indicet his verbis.

ויגדל הילד ותבאהו לבת פרעה ויהי לה לבן ותקרא שמו משה
ותאמר כי מן המים משיתהו

Philo de Vita Mosis.

Adultum verò tradidit filiæ Pharaonis; quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens, quia ex aquis extraxi eum. E quibus verbis clarè patet hoc nomen Moysi non à Parentibus, nec ab aliquo alio ex Hebræorum Gente, sed ab ipsa Pharaonis filia inditum esse; quæ cùm præter vernaculam AEgyptiam aliam familiarem non haberet; certè inuentum puerum eam AEgyptio nomine Moysem, quasi diceret, ex aquis seruatum, appellasse, in confesso est; quin & id antiquissimi Scriptores Philo, & Fl. Iosephus clarè ostendunt: quorum ille in vita Moysis ita disserit.

Mos vel Moy, aut Mo. AEgyptiacè idē quod aqua

Εἶτα δίδωσιν ὄνομα, θεμένη Μωσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν αἰρεῖσθαι. τὸ γὰρ ὕδωρ Μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. *Post hæc nomen ei datur sumptum ex re ipsa, quod esset ex aqua sublatus. Nam Ægyptiorum lingua Mos aqua dicitur;* hic verò l. 2. de antiquit: Iudæorum ita dicit. Καὶ αὐτῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ γὰρ ὕδωρ Μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὕσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. συνθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τίθενται. *Et quia proiectus fuerat in flumen ab hoc casu nomen sortitus est. Aquam enim Ægypij Mo vocant.* ὕσης *verò seruatum. Quare*

com-

composita voce ex vtrisque nomen Moysi fuit inditum. Hisce astipulatur R. Aben Ezra, etsi eum Monios (voce vt ego reor corrupta) AEgyptiacè dictum tradat. verba eius sunt.

שם משה מתורגם מלשון מצרי בלשון הקדש ושמו בלשון מצרי
מוניוס וכן כתוב בספר עבדת ה אדמה הנעתק מלשון מצרי אל
לשון קדרים גם ככה בספרי חכמי יון אולי למדה לבת פרעה לשוננו

Est nomen inquit Mosis traductum de lingua AEgyptiaca in linguam sanctam, & nomen eius in lingua AEgyptiaca fuerat Monios. Ita scriptum est in libro de cultu, seu seruitute terræ, traducto de lingua AEgyytia in linguam AEthiopicam. Et ita quoque legitur in libris Sapientum Græciæ. forsan filia Pharaonis didicit nostram linguam. Quicquid sit, hãc vocem, Moses, AEgyptiacam à voce Copta ⲙⲱⲟⲩ dictam in Pentateucho Copto Vaticano clarè ostenditur; in quo, vti & in Thesauro nostro copto, Aqua, ⲙⲱⲟⲩ, vel cum articulo prępositо ⲡⲓⲙⲱⲟⲩ, dicta passim reperitur: vox scilicet, à ⲙⲱ. ⲙⲱⲥ. ⲙⲟⲛⲓⲟⲥ, non discrepans Textũ Copto-arabicum adiungẽdum hìc duxi.

ⲟⲣⲟϩⲁϥϣⲱⲡⲓⲛⲁⲥⲉⲩϣⲏⲣⲓ ⲁⲥϯⲣⲉⲛ
ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ϫⲉⲙⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲉⲥϫⲱ̀ⲙⲙⲟϫⲉⲉ
ⲧⲁⲓⲛⲉϥⲉⲡϣⲱⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲉⲛⲡⲓⲙⲱⲟⲩ

فلما شبّ الغلام ادخلته الى ابنة فرعون وصار
لها ولدًا ودعت اسمه موسى قايلة انّى انتشلته

من

من الما *Et cum iam creuisset introduxit eum ad se filia Faraum, & factus est ei in filium, & vocauit nomen eius Moses, dicens quia de aqua tuli eum.* cui & Clem: Alex: l. 1. stromat: subscribit hisce verbis: *Deinde nomen imponit Regina, Moyses, capta etymologia eò, quod eum ex aqua sustuliſſet. Aquam enim Moy vocăt AEgyptij in qua moriturus fuerat expositus: Moysen enim vocant eum, qui ex aqua emersus respirauerit.* Ad quod haud obscurè alludit Targum Vzielidis his verbis.

ורבא רביא ואיית תיה לבת פרעה והוה לה הביב חי כביר וקרת
שמיה משה ארום אמרת מן מוי דנהרא שחילתה

Et adultum venire fecit ad se filia Pharaonis, & fuit ei dilectus, & cum iam validus esset, vocauit nomen eius Moyses; quia dixit (min de Moy) hoc est, de aqua eduxi eum. Ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ igitur AEgyptiacum est, non Hebraicum. à ⲙⲱⲩ, & ⲩⲥⲏⲥ, quod ex aquis seruatum dicit, vt benè Iosephus notat, compositum. Atque ex his colligitur, eos qui Musicam à voce AEgyptiaca ⲙⲱⲩⲧ, quod aquam significare diximus, deriuant, eò quod AEgyptij primi eam ad aquas inuenerint, haud inconuenienter sentire. Cum enim in AEgypto Papyrus, & arundo ex stagnantis Nili lacunis copiosa propagine pullulasceret; ex arundine verò prima fistularum, & monaulorum inuentio extiterit, occasione fi-

Musica ab aquis sic dicta.

stu-

ſtularum arundinearum,quæ ſtagnantis aquæ ſoboles paſſim habentur, Muſicam prima fundamenta ſua ieciſſe, haud inueriſimile eſt. Vnde & Μῶσα quoque,quod artem Copticè ſignificat, à ⲙⲱⲥⲉ non malè diduxero, cum AEgyptios omnes artes occaſione aquæ,& fluminum reperiſſe, alibi abundè demonſtremus.

Præterea linguam Coptam AEgyptiacæ antiquæ non affinem tantùm, ſed & penitùs eandem fuiſſe,prȩter eas,de quibus dictum eſt,innumeræ aliæ voces in omnibus antiquitatum monumentis adhuc ſuperſtites, affatìm declarant. Verùm ne gratis id aſſerere videamur, dicta exemplis confirmemus.

Ac primò quidem 12.Menſium nomina priſcis AEgyptijs vſitata, Coptitis adhuc incorrupta manere Tabula Menſium Copticorum id clarè demonſtrat;quã ex Theſauro noſtro Copto-Arabico depromptam, vnà cum AEthiopum,& Arabum menſibus proponere volui.

Nomina Menſium AEgyptiorum & Coptitarum,vt reſpondent Menſibus.Romanis, & AEhtiopicis.

Ⲛⲓⲣⲁⲛⲛ̀ⲧⲉⲛⲁⲃⲟⲧ ⲙ̀ⲙⲉⲧⲅⲓⲡⲧⲓⲟⲥ
dicit Coptita.
Nomina Menſium AEgyptiorum
ſunt hæc.

Thoth	Ⲁ 1 Ⲑⲱⲩⲧ ثوت	መስከረም: Maſcerrum	29 *Auguſt:*
Paophi	Ⲃ 2 Ⲡⲁⲟⲙ بابة	ጦቅምት: Techemt	28 *Septem:*
Athir	Ⲅ 3 Ⲁⲑⲱⲣ هثور	ሕዳር:: Hedar	29 *Octob.*
Chæac	Ⲇ 4 Ⲭⲟⲓⲁⲕ كيهك	ታጦሳስ:: Thechſas	27 *Novem:*
Tybi	Ⲉ 5 Ⲧⲱⲃⲓ طوبه	ጥር:: Thir	27 *Decem:*
Mechir	Ⲉ 6 Ⲙⲉⲭⲓⲣ مشير	የካታት:: Lecahit	26 *Ian:*
Phamenoth	Ⲍ 7 Ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ برمهات	መጋቢት:: Megabit	26 *Feb:*
Pharmuthi	Ⲏ 8 Ⲫⲁⲣⲙⲩⲑⲓ برموده	ሚይዚይ: Miazia	27 *Mart:*
Paony	Ⲑ 9 Ⲡⲁϣⲱⲛⲥ نشنس	ግንቦት:: Gunbuoth	26 *April:*
payni	Ⲓ 10 Ⲡⲁⲱⲛⲓ بوونه	ሰኒ:: Seni	26 *Maij*
Epiphi	ⲀⲒ 11 Ⲉⲡⲏⲡ ابيب	ሐምሌ:: Kmali	25 *Iunij*
Meſori	ⲂⲒ 12 Ⲙⲉϣⲱⲣⲓ مشرى	ናጠሲ:: Nahaſi	25 *Iulij*

Re-

Reſiduos verò dies ⲡⲉⲛⲧⲉⲡⲧⲉⲩⲣⲟⲛ ⲉⲡⲁⲅⲟⲙⲉⲛⲁⲥ ſeu intercalares vocant.

De anni Coptici & AEgyptiaci antiqui ratione.

Notandum itaque antiquitùs, præſertim apud AEgyptios annum, etſi diebus tãtùm 360. conſtiterit, (qui quidem numerus propter æquabilitatem diuiſionis eſt aptiſſimus) neutiquam tamen annum omninò perfectum ac Zodiaco correſpondentem extitiſſe. Quare AEgyptij Hierophantæ, qui cum ſcirent anno populari ad perfectionem deeſſe dies integros quinque, ac quadrantẽ; eum annum perfectum, ſi quando ſignificare vellent, Serpentẽ in orbem, ac circulũ cõuolutũ, caudam ore admorſam Hieroglyphikῶς, exprimebant; tanquam Sol perfectum & abſulutum Zodiaci curriculum non conficiat ſi quinque illę dies deſint. Eum Serpẽtem Ⲛⲉⲓⲥⲓ vocabant; retinent hanc vocẽ hodie Coptitæ, & AEgyptij vetuſtiſſimi Chriſtiani, qui τὰς ἐπαγομένας vocare ſolẽt Neſi lingua priſca AEgyptiaca, ſeu Copta, de qua modo tractamus. Ita enim Onomaſticum Coptum de ijs loquitur.

Serpens caudam mordens in Orbem circumuolutus AEgyptiacè Niſi dicitur. quo nomine Coptitæ dies ἐπαγομένας vocant.

Onmaſticon Cptarabicum fol. 55. de menſibus Copt:

الشهور القبطيه سنتهم ثلثماية وخمسه وستين يومًا خمس النسى يوم الكيس فى كلّ اربع سنين بدو السنه النوروز وهي لفطه فارسيه.

AlſchahuralKoptihieh ſanathom toltmaieh hhenſeh ſatin iuman hhams Neſi iumalkeis phil

col

col arba Sanin badu alſanee ilnuruz voahi lephath pharſieh.

Menſes Coptitarum ſunt duodecim, annus eorum continet trecentos ſexaginta quinque dies. quinque dies Neſi intercalãtur omni anno quarto; Initium anni Neuruz, eſt illa vox Perſica. Horus quoque Serpentem illum Κοσμοειδῶς ἐχηματισμένον quo annum, Mundum, Regem, & alia ſignificaban, Μεσὶ vocari ſcribit, ſed corruptè, vt multa alia in Horo occurrentia; Nam finẽ anni Solaris etiamnum Coptitas Neſi vocare, ex citatis paulò ante verbis patuit. Porrò nomen ἐπαγομένων dictum eſt κατ' ἔφησιν, tanquam olim annus 360 dierũ ſimpliciter fuiſſet. Quod, vt dixi Hierophantæ ipſi nõ ſolùm in libris ſuis ſcriptum habebant, ſed & fabulam origini & cauſæ τῶν ἐπαγομένων adijciebant. Mercurium alea cum Luna ludentem viciſſe, & ſeptuageſimam ſecundam partem anni ab eo extorſiſſe, quam poſteà 360 diebus, qui modus erat anni priſci, adiecerit. Plutarchus ita rem narrat. Aiũt Rheam furtim in complexum Saturni veniſſe; mox & cum Sole congreſſam eſſe; ſed quaſi prægnatione damnatam, neque annum, neq; menſem qui pareret inueniſſe. Mercurij etiam amore captam cum eo concubuiſſe. Subinde autem cum Luna ludentem Aſtragalis diei cuiuſque ſeptuageſiimam abſtuliſſe, ex quibus 5 dies con-

Apud Horum Serpens Miſi dicitur. i tu pro Miſi corrupto; lege Niſi.

Cauſa & origo dierum ἐπαγομένων.

Plutarcus l. de Oſ: & Iſ: circa principiũ.

fe-

fecit eosque trecentis sexaginta coniunxit; Eos nunc AEgyptij ἐπαγομένας id est Superinductos vocãt, & Deorũ Natales putant. Ex quibus patet ἐπαγομένας antè non fuisse, sed dicta occasione adiectas esse; quarum cognomina erant, vt infra subiecta sunt.

	Ἐπαγόμεναι ἤτοι	ΗΕΙCΙ νεισὶ	
Πρώτη		ΟCΙΡΙC	Osiris
Δευτέρα		ΑΡΟΥΡΙC	Arueris
Τρίτη		ΤΥΦΩΕΥC	Typhon
Τετάρτη		ΙCΙC	Isis
Πέμπτη		ΝΕΦΘΗ ἤτοι Ἀποφεὶς	Nephte

Natales Deorum AEgyptiorum

Annus ergo AEgyptiacus fuit dierum 365 sine quadrantis adiectione, cuius Thoth Mercurio dicatus primus mensis necessariò cæpit ab ortu caniculæ, Sole in Leonem transeunte, nouilunio. Quia obseruatio anni, & temporum in caniculæ ortu ab AEgyptijs statuebatur: eaq; erat ipsis cursus Solaris epocha. Et quamuis eorum Thoth laxis habenis in anteriora fugeret, ta-

Thoth primus mens AEgypt: incipit à ortu Canib culæ.

tamen quarto quoque anno diem intercalabant, vt Diodorus Siculus lib. 1. Dies non secundum Lunam, sed secundum Solem metiuntur, triginta dierum mensem conficientes. Quinque autẽ dies, & quartam partem 12 mensibus adiungentes, anni cursum perficiũt. Quod ea qua sequitur ratione fiebat. Sit nouiluniũ Thoth mensis, VG. prima die Augusti, Canicula oriente: post quartũ annum Thoth superatis Kalendis Augusti ascendet in 31 Iulij. Quare AEgyptiorum Hierophãtæ quinto anno ineunte, annũ suum Ἱεροglυφικὸν à secunda die Thoth auspicabantur, & spacium illud quadriennij Κωικὸν ἐνιαυτὸν, item Ἡλιακὸν ἔτος, aut ἔτος Θεοῦ, id est Solis, vocabant. Pari ratione quadriennio exacto, noui anni principium à 3. Thoth numerabant: quadriennium quidem exactum ἔτος Θεοῦ appellantes, æquabilem verò annũ labentem quadrantem; ideò illum Ἱεροglυφικῶς designare volentes, quartam arui seu iugeri partem pingebant. Horus. Ἔτος τὸ ἐνισάμενον γεάφοντες, τέταρτον ἄρυρας γεάφυσιν. ἔστι δὲ μέρος γῆς ἡ ἄρυρα, πηχῶν ἑκατὸν. βυλόμενοι δὲ ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγυσιν. ἐπειδὴ φασι κῦ τὸν αἰωνόλλων τοῦ ἄστρου τοῦ Σώθεως, μέχρι τοῦ ἄλλης αἰωνόλλης, τετάρτην ἡμέρας προσίθεσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τῆ Θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος περισσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι. τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει. Instantem, inquit, annum significantes arui partem pingunt. Est autem ἄρυρα, vnde Latinis aruum

Diodorus Siculus l. 1. part. 2. c. 1

Exemplũ

Κωικὸς ἐνιαυτὸς seu Canicularis annus.

Quomodo annum æquabilẽ labentem Hieroglyphicè exprimerẽt.

aruum dicitur terræ mensura centum complectens cubitos. Itaque annum volentes dicere, quartum dicunt. eò quod ab vno, vt tradunt, Sideris, cui Σώθις nomen fecimus (Coptiticè ⲥⲱⲑ,) ortu ad alterum, quarta sit interiecta diei pars. Enim verò Dei (Solis inquam) annus 365 diebus absoluitur. Quamobrem & quarto quoque anno superuacuum diem computant, atque intercalant AEgyptij. quatuor siquidem diei quadrantes, diem perficiunt. Quæ confirmatur ab Eudoxo apud Plinium; cuius quidem lustrum nihil aliud est; quàm quadriennium caniculare, vt & computus Coptus antiquo AEgyptiorum computui, quo ad annos dictos ad vnguem quadrans, ostendit. de quo in fine opusculi huius fusius dicemus, vbi etiam quid per Neuruz Coptitæ velint, explicatum inuenies. Plin: l. 2.

Patet igtur ex dictis, Coptitas non mensium tantùm antiquorum AEgyptiorum, ac Nisi, seu dierum ἐπαγομένων nomina; sed & omnem quoq; computus Ecclesiastici instituendi rationem à Proauis suis acceptam, ad vltima vsque tempora traduxisse: At menses quidem Coptos eosdem cum AEgyptiacis non nostrum duntaxat Onomasticon; sed & cæteri Authores, quos infra citamus, abundè demonstrant. Ac mense quidem Παοπι, Osiridem è diuturna peregrinatione reducem, Pausanias tradit. Mense verò Αθυρ Pausanias in Arcad:

ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ à Typhone occisum Plutarchus Author est. In nouilunio quoque mensis ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ festum agunt, eodem Authore teste, quod Osiridis ingressum in Lunam nũcupant. Iterum trigesima ⲉⲫⲏⲡ seu vulgò Ephephi mensis festum celebrant, quod naralem oculorum Hori nũcupant. Et octauum diem ⲡⲁⲟⲛⲓ, seu abeuntis Paophi, festum rursus agunt, quo baculos Solis nasci tenent; & sexto eiusdem Harpocratem ab Iside gigni. Idem 7 die mensis ⲧⲱⲃⲓ, seu Tybi sacris operantur AEgyptij, eumque diem vocant aduentum Isidis è Phœnicia, & in placentulis hippopotamum ligatum efformãt. Verùm qui plura huiusmodi desiderat, consulat Plutarchum, Herodotum, & ex recentioribus Lilium Gyraldum, è quibus dicta ferè desumpsimus.

Ephebi

Paophi mensis.

Tybi mensis.

Plutarchus. Herodotus. Lylius Gyraldus.

Porrò nec mensium tantùm AEgyptiorum nomina; sed & Astrorum Copticis vocibus respondent. Dicunt AEgyptij Solem Patrio nomine ⲡⲓⲣⲏ ab ignea, qua pollet, virtute; Saturnum ⲣⲉⲃⲃⲁⲛ Rephan, de quo mentio fit 7 Actorum. ⲡⲓⲟϩ Lunam &c. quibus Coptæ Planetarum nomina magna ex parte respondent; vt in Tabula adiuncta apparet.

Nomina planetarũ in lingua AEgyptiaca

ⲡⲍ

ⲡⲓⲍⲉⲉⲫⲁⲓⲥⲧⲏⲣⲉⲧⲕⲱⲧ

7 Planetarum, seu ambulantium Siderum nomina.

Copticè	*Latinè.*	*Hebraicè.*	*Arabicè*
ⲡⲓⲟⲩϩ	*Luna*	לבנה	القمر
ⲡⲓⲧⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲥ	*Merc:*	כוכב	عطارد
ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ	*Venus*	נוגה	الزهرة
ⲡⲓⲣⲏ	*Sol*	שמש	الشمس
ⲩⲟⲗⲟⲝ	*Mars*	מאדים	المريخ
ⲡⲓϩⲉⲩⲥ	*Iuppiter*	צדק	المشترى
ⲣⲏⲫⲁⲓ	*Saturnus*	שבתאי	زحل

Verùm hæc Planetarum nomina in Oedipo noſtro Hieroglyphico exactius diſcutiemus. Ex ſtellis fixis apud antiquos AEgyptios reperio celebratiſſimum Sidus ⲥⲱⲑⲓⲥ, quod Σείριον interpretantur. Sed & idem reperio apud Coptitas nuncupatum ⲥⲓⲱⲧ Sioti. Cum verò ⲥⲱⲑⲓⲥ Sidus ab AEgyptijs Sanctum dictum

ⲥⲱ ⲑⲓⲥ Stella quæ canicula ſeu ἀστροκύων apppellatur.

fuerit, vti in præcedentibus ex Plutarcho mõstrauimus; ideò Coptitæ idem ⲥⲓⲱⲧϩ, vel ⲥⲱⲃⲓⲥ, & ⲁⲅⲓⲁ quoque, hoc est sanctũ appellasse videntur. Vnde apparet ⲥⲱⲃⲓⲥ & ⲥⲓⲱⲧϩ idem esse nomen, eandemque rem significare. Multa similia ex Thesauro nostro Copto patefient. Dixerunt prisci à Chamo Noemi filio, AEgptum Χημιαν, (à quo & Chemitæ apud Berosum AEgyptij dicuntur) quam Neoterici Coptitæ modò vocant ⲭⲏⲙⲓ, nomine priori haud absimili, atque ex hac voce postmodum Græcis mista, heterogenea nata nominum monstra, magnã passim corruptionis occasionẽ dederunt. Vti ex voce Ἑρμοχθάμιος, aut Ἑρμοχάμιος quod Mercurium, vel interpretem AEgyptium significat, voce è Græca & AEgyptia conflata patet. Similia hic de nomiuibus ⲥⲃⲱ, ⲫⲃⲁⲥ, ⲃⲁⲗ. ⲩⲩⲫⲏ, dicere possem, nisi earum vocum discussionem alijs locis reseruassem.

Prætereà Horus & Apuleius plurima nomina proferunt; quæ cum Coptis comparata magnã vtriusq; linguæ ad se inuicẽ monstrant affinitatẽ.

Nomina AEgyptia animalium

Vocat Horus in Hieroglyphicis Serpẽtẽ Vbæũ, vel vt melius Vphæum, Accipitrẽ Baieth, Cornicem Cori, Cucupham Vpupam, Cicumam Ciconiam, quibus in lingua Copta totidem vocabula respondent ⲡⲓⲟⲫⲓⲟⲛ, ⲃⲁⲓϩ. Baithi.

Πι-

Πικορι · Κουκουφατ . ϯκακα-
ματ. Vocant AEgyptij institutionem cβω-
quo nomine & Coptitæ eam vocant. vnde & de-
riuata eius πρεϥϯcβω Magister . Ϩαν-
ϣβω cognitiones. ϥϯcβω nouit, cognoscit,
scit, &c. Nomina quoque Plantarum ab Apu-
leio in suo, de virtutibus plantarum, tractatu in-
dicatarum, cum Copticis herbarum nominibus
comparata exiguam habere differẽtiam compe-
riuntur. Vocant, teste Apuleio, Draconteam seu
Viperinam, AEgyptij Eminion, cui Coptum
Αμιανον in eadem significatione respondet.
Atque hæc est herba cuius Plutarchus meminit
à Magis, & Prophetis in Mythræ sacrificijs vsi-
tata, Omomum, dictum. de qua nos fusè suo
loco. Item Scolopendrium, seu Adianton, quod
alij piper aquaticum quoq; nũcupant; AEgyptij
pheper vocant, Coptitæ Φεπρος. Peristereon
etiam dicitur Thiophenges, quod iuxta Coptam
deriuationem idem sonat, ac Dæmones apparere
facere, à Prophetis Pharijs teste citato Apuleio,
dicebatur αἷμα τȣ̃ Ερμȣ̃. sanguis videlicet Mer-
curij. Pari ratione Pemptemphtam donum Dei
à ιπεμτεμ & Φϯ diductum quo nomine
ob eximiam qua pollet vim, Verbenacam Co-
pto AEgyptij vocant. Saphta verò ex Sa & Phta
compositum, id est, quod contra Deum, quo no-
mi-

Sbo Nomen AEgyptiũ.

Nomina Plantarũ AEgyptia.

Apuleius c.91. l. de Plantis.

Herba Omomum

mine AEgyptij priſci, & Coptitæ moderni Hyoſciamon herbam vocãt: atque hæc eſt herba quam Typhonion teſte Apuleio Sacerdotes AEgypti vocabant, eò quod illa herba Typhonis naturę eſſet, & Oſiridi AEgyptio Deo contraria. Portulacam priſci dicebant ϯⲇⲉⲗⲙⲟⲩⲑⲟⲥ, quam Coptitæ ϯⲙⲉⲗⲙⲟⲩϩⲓ corruptè dicunt; Centauream verò illi ἄνθεμις, hi ἀντίαμας. His adiungi poſſunt Mene, Sylitho, Thaborin, Emen ipſe, herbarum nomina AEgyptia, quibus in Latino reſpondent Satyrion, Scylla, Chamæleon, Dictamnus, quæ cũ Coptis dictionibus cõparata, ex quo fonte profluxerint, facilè monſtrabunt. Sed cum huiuſmodi vocabula ab Authoribus multis tractata, ac paulatìm corrupta à genuina appellatione receſſerint; conſultò de ijs tacemus, ne forſan, ob pluſculum diſcrepantia verba, coactam & violentam comparationem inſtituiſſe videamur.

Cum itaque (vt ex dictis patet) nulla lingua antiquæ AEgyptiacę Copta ſimilior ſit, certè indubitatum relinquitur, eam veram eſſe & germanam antiquæ AEgyptiacæ linguæ filiam: non puram quidem, qualis ab initio, videlicet floreſcentis AEgyptiorum Imperij, tempore Patriarcharum vigebat; ſed è varia hominum, linguarumque commixtione, ſtatuſque AEgyptiaci fre-

quen-

quẽti mutatione, ſuccedentibus ſęculis corruptã.

Cæterùm vnum meritò quiſpiam mirari poſſit, cur nullus apud Coptitas AEgyptios de Gentilium Deorum nominibus, præter vnicum Ptha (de quo in ſequente capite) ſermo ſit. neq; enim vnquã Oſiridis, Iſidis, Hori, Ichtõ, Emeph, aliorumq; à Plutarcho & Iamblicho citatorum nominum; etſi id ſingulari ſemper ſtudio inquiſiuerim, in eorum libris mentionem fieri deprehendi. Quod cum me multùm perplexum, & ancipitem animo redderet; reperi tandem, id non factum eſſe, quod Coptitæ huiuſmodi nomina ignorarent; ſed quod ſummæ religionis amore moti, nefas eſſe putarent, ſacras hiſtorias, in quibus conſcribendis toti erant, fabuloſis Gẽtiliũ Deorum nominibus profanare; in hoc imitantes Hebræos, qui alto quoq; ſilentio huiuſmodi nomina ſuppreſſiſſe vidẽtur, tùm quia AEgyptijs nunquã licitũ erat Hebræis cõmiſceri, tùm ob ſummã Idololatriæ, ac alienæ ſeruitutis deteſtationẽ, quam tanto odio perſequebãtur; vt falſi numinis nomẽ, vel ore proferre, crimẽ exiſtimarẽt morte piandũ; atq; hæc eſt ratio, cur non nomina tantũ; verùm etiã ipſas hiſtorias eorũ, quæ in AEgypto quondã ab Heroibus & maioribus eorũ gerebãtur, veluti teneris mẽtibus noxias attingere temerariũ exiſtimarent. Sed quid de nomine Dei Copto ſentiendum ſit, iam aperiamus.

Apud Coptitas nullum Deorum nomẽ præter Phta ſupereſt.

Cap.

CAPVT VI.

De nomine Dei Copto ⲫⲧⲏ *Phta eiusqae Origine atque mysterijs.*

FRequens omninò apud Coptitas est illud nomen ⲫⲧⲏ Phtha, quod tamen, vtrum idem sit cum illo Phtha antiquo AEgyptiorum Numine, cuius Iamblichus, Plutarchus, alijq; meminerunt, non immeritò quispiam dubitare posset. Sunt, qui ab ipsis Coptitis instructi hoc nomen Dei ⲫⲧⲏ nequaquam expansum; sed abbreuiatione contractum esse asserunt; nec legi debere ⲫⲧⲏ Phtha; sed ⲫⲛⲟⲩⲧⲏ Phnutha, aut ⲡⲓⲛⲟⲩⲧⲏ. atque hi quidem aliam assertionis suæ rationem non adducunt, nisi Pythagoricum illud αὐτὸς ἔφα, auctoritatem videlicet Coptitarum prætendentes, à quibus id se didicisse gloriatur. Verùm cum hisce temporibus Sacerdotum AEgypti ruditas, & summa antiquitatũ ignorantia, præterea linguam Coptam perfectè callentium in AEgypto paucitas passim notissima sit, non video cur huiuscemodi imperitis hominibus in hac maxima vetustatis caligine,

Iamblichus Seg: 8. 15. Eus. de præparatione Euangel: Plutarchus l. de Osir: & Iside.

tan-

tanta sit fides habenda ; Ego certè, qui huius rei veritatē è Coptitarū monumentis summo studio inuestigare contendi, nomen Dei Ⲡⲓⲏⲟⲩϯ sępesæpiùs quidem; Ⲫⲓⲏⲟⲩϯ autem,quod ipsi Ⲫϯ contracto æquipollere dicunt, nunquam in vllo Coptorum monumētorū me legisse memini. E quo vel solo luculēter patet, Ⲫϯ à nomine Dei Ⲫⲓⲏⲟⲩϯ,vel vt melius,Ⲡⲓⲏⲟⲩϯ, omninò diuersum esse . dato tamen,non concesso,Ⲫϯ idem esse,quod Ⲡⲓⲏⲟⲩϯ, inde tamē nulla ratione sequitur, illud in abbreuiatione sua non Phta,sed Ⲡⲓⲏⲟⲩϯ necessariò pronunciandū esse, cū nemo ignoret,plerorumq;Orientaliū morē esse , abbreuiata nomina qualiacūque maioris breuitatis causa, eo quo scribūtur modo, abbreuiatè pronunciare;Rem aliquibus exemplis clariorē reddo; ⲡ̅ⲥ̅ abbreuiatū Dei nomē, apud Coptitas idē est,quod Dominus.nec aliā tamē pronūciationē , nisi quā literę dăt,habet. אגלה & הבה Agla & Haba, Hebræorum Dei nomina abbreuiata sunt;ex ijs literis quas ראשי תבות appellant , resultantia; Agla quidem ex capitalibus dictionum sequentis sententiæ. Raſche theboth.

אתה גיבור לעולם אדוני

hoc est

Tu es fortis in æternum Deus.

Haba verò ex hac sententia emergit; הוא ברוך קדוש *Sanctus benedictus ille* nec tamen dum mentio fit horum nominum, ea expansè, sed contractè, vt gnari huius linguæ sciunt, pronunciantur. Innumera similia ex Hebræis, Arabibus, Syriacis, Persicis, hìc adducere possem; si aut fusiores demonstrationes requireret patefacta veritas, aut Prodromi festinatio id permitteret. Manet igitur, abbreuiata Dei nomina non necessariò expansè pronunciari.

Alij verò, qui hoc nomen ⲫⲑ, (eò quod ⲑ litera, non Θ Th; sed D sonet) ideò non Phtha, sed Phda pronunciari debere asserunt, similiter falluntur. Cum in propatulo sit, hanc vltimam literã Alphabeti Coptici ⲑ, mystico Hebræorum, & Samaritanorũ Thau, Græcorum Θ, sono æquipollenti omninò respondere; quod autem AEgyptij Coptitæ id passim veluti D pronuncient, id non tàm ob naturalem pronunciationem, quàm ob linguæ vitium, quo in hac litera ⲑ pronuncianda Coptitæ laborant, fieri censendum est.

Sed dicent alij, inuerisimile esse, Christianos AEgyptios hoc profano Dei gentilis nomine pro veri Dei nomine vsos esse; Verùm his respõdemus; hoc nomen ⲫⲑ vnum fuisse ex absolutis Dei nominibus, qualia Thoyth, Emeph, Ichthõ quoq; erãt, certos Dei effectus explicãtia.

&

& qualia apud Hebræos, יהוה Iehoua, מקם makom, שם Schem. ארני Adonai אל el. & apud Arabes ﷲ alla; ac proindè vitio ijs nequaquã vertendum esse, si illud nomen Dei vnà cum lingua AEgyptiorũ Veterũ retinuerint. His igitur ita prælibatis, nunc tandẽ, quid propriè sit illud Dei nomen ⲫⲧ, vnde deriuatum, quæ mysteria referat, aut cuius rei Hieroglyphicum sit, postliminiò aperiamus. Dico igitur hoc nomen Dei ⲫⲧ Coptitas ab Antiquis acceptum inter secreta, & mysteriosa Dei nomina, recensuisse. quod vt intelligatur sciendum est. Mysticorum nominũ rationẽ olim postulasse certis quibusdã Characteribus, seu Monogrammis distingui, ne cõmunioribus vocabulis mista profanarẽtur; quod præ cæteris Gentibus, Hebræis, Chaldæis, Arabibus vsitatum fuisse legimus: qui nomen Dei non tãtùm mysticè scribebant; sed & illud apertè scribere aut temerè quoquè pronunciare sub grauissima pœna prohibebant. Vndè Rabbi Iohanan filius Beroca, in Pirckeauoth dicit. *Rabbi Iohanan.* פרקי אבות

כל המחלל שם שמים בסתר נפרעין ממנו בגלוי אחד שוגג ואחד מזיד בחלול השם

Omnis, inquit, homo, qui clam & in secreto verendum Dei nomen inhonorat, iste palàm debitas sceleri suo pœnas luet. Rabbi Ionathan quoque in expositione sua Chaldaica, quæ Syriacis literis *Rabbi Ionathan.*

ſcripta in Vaticano ſeruatur, hanc ad fidelium cætum facit admonitionem de Dei nomine non publicando.

Targum Babyloniceũ Syriacis literis ſcriptum in Bibl. Vat.



Ami Iſrail lu mephar ſem menachum ſmo morih dalloh metul mezci alho beiuma ddina raba *Populo meus Iſrael nemo ex te publicet nomen, ſeu verbum Dei, quia non iuſtificabitur, quicunque fecerit illud, in die iudicij magno*. Ac proindè ſtudio ſummo magnum illud nomẽ Dei Τετραγράμματον, quod המפרש appellant, tegebant; & ſicut ob ſupremam Diuini Numinis reuerentiam id humanis labijs pronunciando profanari nollent, ita nec legi. Quam ob cauſam varijs id modis referebant; nunc per tria Iodim circulo inſcripta, ad 3 Diuinas proprietates, quas מדות vocant, in arbore Sephiroth indicandas. vti apparet.

Nomẽ Dei Tetragrãmaton variè referebatur.

Nunc per י, & ה, vti ſequitur. יה. Sæpè quoque per vnicã tantummodo literam י aut ה, quibus ſingulis ſcribendi rationibus maxima quæuis myſteria inſinuabant. quemadmodum in Hieroglyphico opere fusè declarabimus. Quamuis apud Græcos nomen Dei his tribus literis ΙΑΩ ſcriptũ quoq; reperiam. vel vt in circuloſequenti Nam Diodorus,

Si-

Siculus, qui primus, si Plinio credendum est, apud Græcos nugari desijt, spectatorque rerum plurimarum fuit, inter cætera, Mosen hoc nomine vocatũ his verbis prodit. Apud Iudæos Moses ab Iao, quem illi Deum inuocant, acceptas leges dare præseferebat &c. Quo loco nomine Iao sacrosanctum Dei Tetragrammaton יהוה à Diodoro designatum esse, certum est. Græcos enim istud Dei nomen sic scripsisse, tùm ex Macrobio, tùm ex Clemente Alexandrino clarissimè patet; Macrobius enim cum Deorum omniũ nomina ad vnum Deum referre vellet, hunc Orphei versiculum recitat.

Plinius l. 7. c. 56. & c 12. l. 5.

Diodorus l. 3.

Moses Iao dictus.

Macrobius Saturn: l. 1. c. 18.

Orpheus.

Εἷς Ζεῦς, εἷς Αδης, εἷς Ηλιος, εἷς Διόνυσος.

Id est. Iuppiter est vnus, Pluto vnus, Bacchus est vnus, vnus Sol.

Vel vt Caninius vno versu tradit

Bacchus, Sol, Orcus, & Iuppiter vnus & idẽ.

Caninius.

Huius, inquit, Macrobius versus authoritas fundatur Oraculo Apollinis Clarij, in quo aliud quoquè nomen Soli adijcitur, qui in eiusdem sacris versibus inter cætera vocatur Ιαω. Nam consultus Apollo Clarius, quis Deorum habendus sit, qui vocatur Ιαω, ita effatus est.

Oraculum Apollinis Clarij.

Οργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπευθέα κεύθειν.
Εν δ' ἀπάτῃ παύρῃ Ζυύεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνὸς.
Φράζεο τῶν πάντων ὕπατον Θεὸν ἔμμεν Ιαω.

Quorum versuũ sentẽtia sic à Caninio appẽditur.

Orgia qui norunt, arcana recondere par est.

Oraculum

Fra-

Fraudē mētis inops agitat, quē inscitia versat
Diuorum summum cunctorum en accipe Ιαω.

Clem. Alex. l. 3 Strom:

Clemens Alexandrinus, *quatuor literarum*, inquit, *nomen mysticum est, quo illi circundabantur, qui soli adytum ingrediebantur. Dicitur autem* Ιαον, *quod exponitur Existens* (ὁ ὤν). Verùm de hoc nomine Ιαω eiusque mysterijs, in hieroglyphicis fusius tractabimus, cum de Basilidis, Valentini, Marci, aliorumque Gnosticorum, qui primi hoc nomen Ιαω ad superstitiones inn umeras traduxerūt, dicemus. quare hisce per transennam dictis, ad nostra monogrāmata reuertamur.

Ιαον quasi ὁ ὤν.

MeKubalim aliàs Kabalistæ.

Secuti sunt hosce Hæbræorum Mekubalim, omnes propè Oriētales populi. Nā præter Chaldæos, qui nomen suū diuinum plerumq; sic referunt ,, , aut sic etiā ,,, , vti in antiquis manuscriptis apparet. Græci quoque hosce secuti Christi Seruatoris nostri nomen, mystico hoc monogrammate diuinitùs accepto formare sunt

Chaldæi.

Græci.

soliti. ☧. vel . cuiusmodi μονόγραμμα adeò in primitiua Ecclesia post Constantinum Magnum vsitatum fuit, vt nullum Christianorum epitaphium eo carere videatur. Quemadmodum hìc Romæ in Callisti, Priscillæ, Lucillæ, Calepodij Cæmiterijs subterraneis non semel cum summa animi voluptate videre licuit. Et egregium illud Romæ subterraneæ opus recens

Roma subterranea Iacobi Bosij.

edi-

editum luculenter demonstrat. Hanc itaque arcanã nominis Dei & Christi scribendi rationem ad Latinam quoque Ecclesiam traductam, monstrant sequentia monogrammata Christi IH̄S · X̄C̄ . quibus monogrammatum dictorũ apud Coptitas scribendi ratio, adeò affinis est; vt, an Latini à Coptitis, an hi ab illis eam desumpserinr dispici vix possit. Simili enim characterum genere dicta nomina effigiant. IH̄C̄ · X̄C̄ . Iesus Christus . Armeni quoque nomen Dei, ac summa quæuis mysteria fidei, teste Ambrosio Theseo, literis consignant. Nam per primam Alphabeti literam ա quam *Aip* vocant, coniunctam vltimæ dicti Alphabeti, videlicet trigesimę nonæ o, quã Aipun dicunt, idẽ denotant, quod Hebræorum sapientes per 3 Iodim circulo inscripta, seu quod Græci per primam & vltimam Alphabeti sui literam A & Ω, videlicet illum, qui se A & Ω, ա & ο *Aip* & *Aipun*, principium scilicet & finem esse dicebat. Nam in ա Aip. prima Alphabeti Armeniaci litera, quæ tribus lineolis ad basim literæ perpendiculariter erectis effigiata est, tria in vno cõueniunt, Pater videlicet, & Filius, & Spiritus Sanctus; tres vnum sunt. Et ο *Aipun* trigesima nona litera Alphabetum claudens, nec ad

Latini.

Coptitæ.

Armenorum mysteria in literis.

Mysteriũ Trinitatis.

qua-

quadragenarium numerum transire permittens, orbis est in se reuolutus, atque reflexus principio & fine carens, Trinitatis vnionem inscrutabilem designat. Testatur hoc monogrãma Armenicũ, quod in libro, seu charta quadã cõuoluta Armenicè scripta Bibliothecæ Vaticanæ, orationũ principijs præfixũ videtur; vt sequitur;

Liber seu Charta Cõuoluta Armenice scripta in Vaticano.



Ш ac proindè hoc nomen per huiusmodi characteres repræsentatum idem est, quod հելի՞ հուպել որ թարգմանի մեժէ ա՞ժ. Heli hubel vr tarcmani mietie astuuati, hoc est, *Heli Hubel quod exponitur magnus Deus*. Alia prætereà plurima in voce Adam, quam per primam hanc literam referunt, recõdita Sacramenta ostendũt. Sed quia illa digna sunt scitu, ea hìc subiungã. Dicunt Armeni literã ա *Aip* propagationis humani generis per Adamum primũ, & redemptionis deperditi, per Christum Adamum secundũ factæ, symbolum esse. Hinc eã vocant mysticè ադամ Adam. hoc est հոյղ *huug terram* aut կորդ-էրկիր *curt ergir* terra virgo; vel հոյղ մարմնացեալ *huug marmnatial*, terra incarnata, aut կարմիր հոյղ. *carmir huug* terra rubens: vel quẽ admodum alii quoq; explicant, teste Ambros: Thes: qui ex terra tota sua. de quo illud quoque D. Pauli intelligunt Armeni որպես ադամաւն ամէնէքէան մէռանն նոյնպէս քո՞ի ամէնէքէան

Quid Armenicè Heli Hubel.

Adam.

Adam significat Terram. Terram Virginem Terram incarnatã. Terram rubentem. Eum qui ex terra tota sua.

կէն

ի Ենդանա ցան vrbes Adamauen amenechian merran nun bes Christus eui amenechian ghien tanatian *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur*. Sed hæc ideo fusius tradidi, vt ostenderem, quanto Oriẽtales populi huiusmodi mysteriosos Characte-tres honore prosecuti sint. Arabes quoq; ad superstitionem vsque huiusmodi mysticis monogrammatis fingendis deditos, satis superque in Hieroglyphicis nostris apparebit; Tempus me chartaque deficeret, si omnia de mysticis Oriẽtalium nominibus recensere vellem, quare ijs omissis ad Coptitas redeamus.

Arabes superstitiosi in nominibus Dei.

Non ab similem itaque rationem Coptitæ in mysterioso nomine Φ† Hebræos imitati, obseruasse videntur. Constat id duobus elementis Φ & † (quamuis in Coptitarum libris id monogramma contractum etiam reperiam, vti in characteribus paulò post ponendis apparebit. Per Φ, eadem quæ aut Hebræi per characterem ,,, ,vel Armeni per literam ա, naturam nempè Diuinam 3 personis subsistentem, idque per tres lineas quibus litera cõstat, significatam; aut etiam Personam Christi duabus naturis subsistentem, non incongruè per circulares simul, & rectas lineas, quibus character componitur, quarum illæ Diuinam, æternam, immortalem, incorruptibilem; hæc verò humanam & ex se

Figura Φ† quid mysticè significet.

naturam fragilem & mortalem refert, designasse videtur. Per ☥ verò, quæ in Coptico Alphabeto vltima est, & Thau viuificum illud signum salutis humanę affectat, scilicet Seruatorẽ nostrũ, qui corpus ex elementorum commistione coagmentatum, (quæ elemẽta aptè per quatuor Crucis ✠ ramos designantur), assumens, voluntarium Crucis supplicium subijt, vt quadripartito mundo salutẽ perditã restitueret, eos indigitasse verisimile est. Verùm si hæc forsan alicui minus placeant; audiat quidmihi ex insperato in mentẽ venerit. Tradunt AEgyptij, teste Eusebio, Supremum illud AEgyptiorũ Numen, quod Emeph vel Hemeph vocant, (alij corruptè Cneph, vel Emeth) ouum ex ore producere, è quo Deus, quẽ Phtha nuncupant, nascitur. Græci Vulcanum, Taautũ Phœnices appellant; *De quo Suidas his verbis.* Φθᾶς ὁ Ἡφαίστιος ὡδὶ Μεμφίταις, καὶ παροιμία ὁ Φθᾶς σοι λελάληκεν. *Phthas Vulcanus dicitur à Memphitis, & proverbium est, Vulcanus siue Phthas tibi locutus est.* Mundum itaque per ouũ intelligẽtes cùm pingere vellent, in circulo Serpentem seu Aspidem Ἱερακόμορφον, quemque ob igneam quandam viuacitatem Deum existimabant, vocatum Ἀγαθοδαίμονα, ea ratione adaptabãt; vt Θ Theta græcæ literæ simillimum constitueret characterẽ. Atque hac figura eum quem vniuersum regere, atque conseruare

cre-

Tau signũ

Euseb: de præparat: Euangel: l.3.c.2 & 3

Heme phtouum ex ore producit è quo Deus Phta.

credebant, descriptum adorabant, & sanctè venerabantur. Hoc item nomen Dei aiebant peragrare vniuersum Orbem; de quo ita Iamblichus. *Hanc sanè*, inquit *viam deificam & anagogicã ad diuina Mercurij docuit, & disseruit, explanauit, & eandem interpretatus est Bitys Propheta Ammoni Regi; quam iuuenit in adytis descriptã literis Hieroglyphicis, in vrbe AEgyptia, quam Soin appellant. Idem Propheta Dei nomen tradidit, nomen inquam Dei perambulans vniuersum mundum.* Hæc Iamblichus. Constat autem totus character duobus, circulo, & serpente, qui alis extensis capiteque accipitrino sursum sublato, cauda deorsum vergente, formam Crucis exactè referebat, vti in hac figura apparet.

Oculos huius eo, artificio teste Eusebio, adornabant AEgyptij, vt & claudi & aperiri possent. Hunc itaque simul atque oculis apertis proferebant; vniuersa AEgyptus lętitia, atq; hilaritate perfundebatur; perinde ac si Deorũ oculi eos aspicerent, opemque præsentem omnibus pollicerentur; in luce igitur & in propatulo omnes esse, risui & iocis atque cõuiuijs dare operam; Quo si clausis eum oculis extulissent, ibi tum omnia mærore luctuque confundi, auersos & iratos esse Deos existimari, se omnes in tenebras, & obscura penetralia, miserabilique deploratione pro se quemque niti,

Nomen perambulans vniuersum Orbem.

Iamblichus segm. 8. c. 5.

Bytis Propheta AEgyptius.

Nomẽ Dei perambulãs mudum.

Eusebius de præpar. Euangel.

Artificiosa fabrica Taauti Agathodæmonis.

vt Deorum indignationem quacunque possent ratione mitigarent. Hunc characterem capiti seu fronti Serapidis inserebant. Hunc Osiris & Isis in manibus portabant; quæ omnia in Hieroglyphicis nostris ex uarijs authoribus stabiliemus; antiqui autẽ AEgyptij varijs modis hoc monogrãma Hieroglyphicum conficiebant, vti in præsentibus apparet. Quibus quidem characteribus in Hieroglyphicis obeliscis, & Bembina Tabula nil frequentius; vti ea perlustranti luculenter patebit. Hos itaque characteres mysticos, cum primi Christiani AEgyptij studiosiùs considerarent, & aliquam ad characteres suos, queis nomen Altissimi referre solebant, videlicet ΦΗΤ, Phtha, vel Empth, quod iam veluti mysticum traditione perceperant, affinitatem deprehenderent; verisimile est eos, cum eadem signa toties, non in obeliscis tantùm, aut pyramidibus; Sed etiam in manibus Idolorum, in templorum valuis, alijsque celebrioribus locis incisa viderent, & magnum quiddam ab AEgyptijs significari intelligerent, veluti symbolum quoddam à fidei suę mysterijs nequaquam alienum, in sacrum vsum, tanto libẽtiùs, quanto Crucis figura, quam huiusmodi monogrammata exprimebãt, maiora mysteria indigitare videbantur, conuertisse. Sed ne quis forsan sola me coniectura du-

Characteres Phtha seu Taaut variè afformabantur ab AEgyptijs.

Bembina tabula.

ductum id dicere existimet, audiat Ruffinum, cuius narrationem optimè quadrare meæ assertioni, verba sequentia satis demonstrant. *Signum, dominicæ Crucis inter illas, quas dicunt* Ιερατικὰς *seu Sacerdotales literas habere Aegyptij dicuntur. veluti vnum ex ijs, quæ apud illos sunt, literarum elementis. Cuius literæ seu vocabuli hanc asserunt esse interpretationem, vita ventura.* Subscribit huic Sozomenus. his verbis. Φασὶ δὲ, τοῦ ναοῦ χαρακτήρων σταυροῦ σημείῳ ἐμφερεῖς ἐγκεχαραγμένους τοῖς λίθοις ἀναφανῆναι, παρ' ἐπιστημόνων δὲ τὰ τοιάδε ἑρμηνευθεῖσαν σημᾶναι ταύτην τὴν γραφὴν ζωὴν ἐπερχομένην. *Aiunt,* inquit, *templo illo Serapidis diruto disiectoque, quasdam ex ijs, quas hieroglyphicas vocant notas, similes signo Crucis inscriptas lapidibus apparuisse. Ab ijs autem qui docti hæc talia, explicatam eam notam, significare Vitam venturam.* in Suida quoque hæc historiola breuiter. Επὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως καθαιρουμένων τῶν ἐθνικῶν ἱερῶν, Εὑρέθησαν ἐν τῷ Σεράπιδος νεῷ ἱερογλυφικὰ γράμματα σταυροῦ ἔχοντα τύπους. ἅπερ θεασάμενοι οἱ ἐξ ἑλλήνων χριστιανίσαντες, ἔφασαν, σημαίνειν τὸν σταυρὸν παρὰ τοῖς ἱερογλυφικὰ γινώσκουσι γράμματα, τὴν ζωὴν ἐπερχομένην. *Tempore Theodosij Imperatoris, cum templa Ethnicorum euerterentur, inuentæ sunt in templo Serapidis hieroglyphicæ literæ Crucis figuram habentes; quas videntes ij Gentilium, qui Christo iam addicti erãt, aiebant, significare Crucem apud peritos hieroglyphicarum notarum, vitam venturam.* Socrates demum

Ruffinus Eccles. hist. l. 2. c. 29.

Sozomenus l. 7. Eccles. hist. c. 15.

Suidas in Theod.

Socrates l. 9. hist. tripar.

mum in historia sua tripartita, hisce iam dictis astipulatur. *Cum*, inquit, *Serapidis templum spoliaretur, & in sacris, vti vocant, literis Crucis figuræ fuissent inuentæ, ea res in disputationem venit; Christiani enim, quibus notarum periti astipulabantur; Crucem Christo adiudicabant. Ethnici verò quippiã cõmune Christo cũ Serapide esse ìmpiè contendebant; tutatus est Deus causam suã. Nam plurimi eorum, quos Diabolus deceperat, Christo nomẽ dederunt, & trophæum passionis, Crux triumphalis notata frontibus refulsit inde.* Astruunt hanc historiam picturæ, in quibus passim hodiè videas D. Antonij vetustissimi Archimandritæ penulæ & manui assui, aut imponi hanc Crucem. An quia AEgyptius ille vir, quibus iam notum, & inter Sacra hoc signum? Certè obeliscis qui inde Romam vecti sunt, insculptũ sæpissimè videmus. Atque ex hactenus dictis patet origo nominis Coptici ⲫⲑ. Norunt enim Coptitæ benè, figuram, quam ⲫ refert, diuinitatis atque æternitatis symbolum esse; Legerant præterea in Sacris literis de virtute Salutiferi signi Thau, dolentium frontibus impressi; sciebant illud signum finem legis esse, & omnis iustitiæ complementum; admirabantur præterea admirabilem Dei O. M. prouidentiam, volentis illud in densissimis etiam infidelitatis tenebris, ceu vnicum, ac fulgentissimum salutis symbolum, charactere-

Cur Antonius Baculum Thau insignitum geſtet.

rem-

remque non Idololatris tantùm, sed & ipsis Dæmonibus venerandum proponere: Atque ex his omnibus diligenter inter se collatis, id iam ausim, quod suprà verebar, inferre. ⲫⲧ nimirum Coptum idem significare, quod Phtha nomen diuinum, antiquis AEgyptijs receptum: quod præter composita nomina ex hoc ⲡⲉⲙⲧⲉⲛⲫⲧ Pemtenptha, ⲥⲁⲫⲧ Saptha, de quibus suprà c. 5. dictum est, egregiè quoque docet Iamblichus cit: loco. Namsicut, Emepht supremum apud AEgyptios Numen, intelligentiam omnia in sese conuertentem significat, ita Phtha, quem Emepht ex ouo produxisse suprà diximus, eum significat, cum veritate & absque falso omnia artificiosè conficientem, hoc est, qui executorem agit rerum ab Emepht in ouo mũdano dispositarum; quod verum esse, vel ex ipso nominis etymo patet. Numen enim Phtha sic dictum à persuadendo, seu inflectendo oratione, (à quo & Græcorum πειθὼ promanasse arbitror) indicat eum omnia verbo & virtute ad se trahere, immutare omnia, omnia flectere, conseruare omnia; Quod Deum AEgyptiorũ Phtha, Phœnicum Taautum, Alexandrinorum Thoth, vel ⲑⲱⲩⲑ, Græcorum Vulcanum, vel Mercuriũ aut πειθὼ seu Suadã prestare notiùs, quàm dici debeat; præter arbitrium enim in mundum

Emepht quid significet.

Phtha vnde deriuetur.

vni-

vniuersum, ⲫⲑ responsa quoque consulentibus dabat,(vnde & prouerbium suprà indicatum Φθαί σοι λελάληκε. Phthas tibi locutus est; promanasse probabile est). Ac proinde non incongruè vti suprà diximus, hunc Taautum, Thoth, seu Mercurium Ἀγαθοδαίμονα, per circulum exprimebant, Serpente Ἱερακομόρφῳ, quem in modum Crucis alatum efformabant, ei impositio. Aptè enim hoc Hieroglyphico eius in hoc mundo dominium exprimebant, & forsan hûc Crucis characterem AEgyptij primùm à Mose exaltante Serpentem in deserto, aut ex baculo eius seu virga mirifica in qua Tetragrammaton Dei nomen forma Crucis inciſum fuisse traditur, vt in margine apparet, didicerunt.

Nomen Dei forma Crucis inscriptum virga Moysis.

י
ה ✠ ו
ה

Porrò ⲫⲑ Coptitarum, sicut nec charactere à charactere Taauti multùm discrepat, ita nec significatione. Significant enim Coptitæ per hoc ipsum Dei naturam & essentiam, non secus ac AEgyptij per characterem suum Tauticum, ac Hebræi per nomen illud שם המפרש, τὸ οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνεκφώνητον denotare solent: veluti in sequẽtibus exemplis patet, in quibus vsurpant appropriatum Dei nomen ⲫⲑ. vt Πος ⲫⲑ *Dominus Deus* ϯⲁⲣⲕⲉⲓⲱⲟⲩⲕⲫⲑ *adiuro te Deus.* ⲁⲛⲟⲩⲕⲫⲑ *ego Deus.* Ⲡⲉϫⲓⲫⲑ *dixit Deus.* ⲁⲗⲗⲁⲉⲧⲁⲧⲉⲓⲁⲥⲃⲟⲩⲉⲃⲟⲗ-

ⲫⲑ

Appropriatum Dei nomẽ

ex

ϩⲓⲛⲫϯ *Sed ex Deo nati sũnt.* Quibus apud Hebręos respõdẽt. ויאמר יהוה *dixit Dominus.* אני יהוה *ego Dominus.* & sic de cęteris. Iehoua autẽ appropriatũ Deo nomẽ, nulli nõ notũ est. Notandũ prætereà omnia Dei nomnia cõtracta apud Coptitas lineola quadã trãsuersa superposita signari. veluti

Ⲡ̅ⲟ̅ⲥ *Dominus.* Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ *Iesus.* Ⲭ̅ⲥ *Christus.* Ⲑ̅ⲥ *Deus.* aliaq; similia; Ⲫϯ verò nullibi hac lineola notatũ reperiri, voluenti Copticos libros patebit. Quod cum primùm aduertissem, ab eorũ qui id nomẽ cõtractum dicunt, discessi sentẽtia. Iterùm hoc nomẽ Phtha nullã recipit mutationẽ, nec affixũ vllum; Sed loco eius Coptitæ vtũtur nomine Ⲡⲓⲛⲟⲩϯ; veluti Ⲡⲁⲛⲟⲩϯ *Deus meus* Ⲡⲉⲕⲛⲟⲩϯ *Deus tuus.* Ⲡⲉϥⲛⲟⲩϯ *Deus eius*; non secus ac Hebræi, qui loco יהוה vtuntur אדוני *Adonai* אלהים *Elohim.* Non minus igitur inuariabile est, quàm Τετραγράμματον Dei nomẽ. Sicut igitur magnũ illud Dei nomẽ mysticis rationibus constat, sic & hoc Coptum. Iterum sicut nomẽ Dei יהוה iuxta Rabbenu Hakadosch, Deũ generãtẽ significat, sic & hoc nõ apud Coptitas tãtùm; sed apud AEgyptios Antiquos quoq; Emepht, seu cũ aspiratione Hemepht, seu ϧⲉⲛⲫϯ quod nos ex Copto interpretamur (in Phtha), quasi diceres, Deũ omnia peragẽtẽ in Phtha filio, quẽ produxit; vel, vt cũ Iamblicho loquar, Emepht nimirum

Nomen Ⲫϯ non recipit mutationem nec affixũ

Significat Deum generãtè

Quid Emepht Copta lingua.

producẽtẽ ex ouo Phtha, hoc eſt, intelligentiã ad exẽplar ſuũ IXΘΟΝ generantẽ ſapiẽtiã, omnia cũ veritate artificiosè diſponentẽ, nempè Taautũ illum ſupradictũ; quem proindè appoſitè per hos characteres ſeu μονογράμματα repræſentabant: per circulum ☉ primũ mundi genitorẽ, æternumq; conſeruatorẽ; diuinitatemq; eius vbiq; diffuſam. per ☥ verò ſapientiã mundũ gubernantem intelligẽtes; quæ ſanè multùm affinitatis ad ſacroſancta fidei noſtræ myſteria habere, quis non videt? Veriſimile igitur eſt, primos Chriſtianos AEgyptios, vti ex allegatis ſuprà Chronologorũ teſtimonijs patet, Cum ex AEgyptijs Gentilibus de nominis huius myſterijs ſæpenumero differentes audiſſent, veluti ſpeculum myſticum & ſymbolum fidei, vitæque futuræ propoſitum, vnanimi conſenſu, in Eccleſiam ſuam recepiſſe. Atque hæc ſunt quæ de hoc nomine Dei ΦΘ☥ dicenda putaui, præ iudicio nò obfuturus, ſi meliora quis in medium protulerit. Miſit non ita pridem ad me ſcripto, ſuam de hoc nomine opinionem Illuſtriſſimus D. Petrus à Valle Coptitarum olim in AEgypto Auditor, in qua multa præclara de hoc nomine obſeruat, quam proindè libenter hìc apponerem; ſed ne Prodromum iam propè fatigatum, nimis onerarem, eam Oedipo reſeruare volui.

Cap.

CAPVT VII.

De affinitate Linguæ Coptæ, siue AEgyptiacę ad Græcam, eiusque corruptione successu temporis facta.

PRopinquitas, quam Copta seu antiqua AEgyptia ad linguã Grȩcam obtinet, ea est; vt, num hęc ab illa, an ab hac illa profluxerit, dispici vix possit. Vndè non malè eam antiquissimam Græcam dicere possemus. Verisimile enim est, AEgyptiam vnà cũ literis à Cadmo & Phœnice post Deucalionis diluuium, si Plinio & Eusebio credimus, in Græciam primùm transportatam, ibidem filiam, nempè linguam Græcã peperisse; Imò Græcos quoque ab AEgyptijs per literas numerandi rationem accepisse, satis ostendit litera Copta ϛ, quę sicut sextum in ordine literarum obtinet, ita senarij quoq; index est. Quam & Græci in hunc diem pro figura ϛ senarij vsurpant, aliumque extra numeros vsum non habet. Quod signum luculentum est linguam AEgyptiam in Græcia nouam Coloniam instituisse; quæ posteà sensim exculta, breui ingentia incrementa

Figura numeri Senarij apud Græcos ϛ. apud Coptitas sextum inter literas locum occupat.

fecerit;adeò, vt ipſe Rex Pſammeticus, teſte Herodoto,è Græcia linguæ peritiores,qui ſubiectos populos puritatem linguæ eius docerent, in AEgyptum accerſiuerit. (erat autem tunc, quantum quidem coniectura aſſequi poſſum, ea inter AEgyptiorum vernaculam, & Græcam diſtinctio, quæ modò inter Italicam, Hiſpanicam aut etiam Gallicam & Latinam;adeò vt nec Græcis AEgyptiam, nec AEgyptijs Græcam linguam addiſcere eſſet difficile. Quod & Sixtus Senenſis inſinuare videtur; qui ait Triſmegiſti libros pleroſque videri ſtylo Græco conſcriptos.Quicquid ſit, certè linguâ Græcam apud AEgyptios in vſu fuiſſe, teſtantur complurium Philoſophorum in AEgyptum ſuſceptæ expeditiones; continuumq; literarum vtrinque cõmercium. Quod factum non eſſet niſi communi aliqua lingua,ſicuti Europęi Latina, vſi eſſent. Confirmant id quoque variæ paſſim Cipporum, & Columnarum Græca lingua ab antiquis Regibus factę inſcriptiones; quas vide apud Diodorũ Siculũ.Democritus Abderita Philoſophus in libro cui titulus eſt, φυσικὰ καὶ μυϛικὰ, & Syneſius, qui in illum ad Dioſcorum magni Serapidis Alexãdrini Dei Sacerdotẽ Scholia cõpoſuit,& is Græcas quoque profert inſcriptiones. Nã in AEgyptũ profectus, apud magnum Hoſtenẽ in tẽplo Memphis, vnà cũ Sacerdotis filijs miniſtri officio fungebatur;

Lingua Græca ſe habebat ad AEgyptiã vti ad Italicam Latina

Sixtus Senenſis l.2. fol 76. lin. 40.

Diodorus Siculus l.1 c.2. fol.14. ed: Baſil.

Democritus Abderita apud Syneſium.

&

& dum in templo cibũ ſumeret, repẽtè ſpõte ſua, lapidea apparuit in cinereo puluere ſciſſa columna, ex qua πέτρινοι βίβλοι id eſt libros lapideos extrahentes inuenerunt in eis,aliud prorſus nihil, quàm tria hæc Græca lingua conſcripta.

Inſcriptio Græca

Ἡ φύσις τῇ φύσει τέρπει *Natura naturam delectatur.*
Ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ *Natura naturam vincit.*
Ἡ φύσις τὴν φύσιν κρατεῖ *Natura naturæ dominatur*

Altera inſcriptio huic ſimilis, nõ procul à Memphi ſaxo inciſa verbis quidẽ Græcis; ſed myſtico-quodã characterum genere tectis(teſte Barachia-Abenephi) extare fertur;quorũ verborum ſenſus non diſſentit ab ijs,quæ in Smaragdina Hermetis Triſmegiſti tabula proponuntur . Inſcriptio eſt.

ΟΥΡΑΝΟ ΑΝΩ ΟΥΡΑΝΟ ΚΑΤΩ.

ΑΣΤΡΑ ΑΝΩ ΑΣΤΡΑ ΚΑΤΩ.

ΠΑΝΟ ΑΝΩ ΠΑΝ ΤΟΥΤΟ ΚΑΤΩ.

ΤΑΥΤΑ ΛΑΒΕ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕ.

Hoc eſt *Cælũ ſurſum,Cælũ deorſum, Aſtra ſurſum,Aſtra deorſũ,omne quod ſurſũ,omne id deorſũ, Hęc cape & proſperare.*Prętereà & hieroglyphicis ſchematiſmis,Græcas ſubinde inſcriptiones ſupponi, luculẽter teſtatur figura 38 Theſauri Hieroglyphicorum Heruartij,vbi ſub Anubide crocodilo inſiſtente, ſtipantibus eum à lateribus, Ammone, & Serapide, cum alijs Hieroglyphicis notis, hæc verba Græca,Copto tamen charac-

Hieroglyphicis miſcebantur nomina Græca.

te-

ctere inscripta videntur.

CYNΘPONOIC TOIC ΘN AIΓYΠTΩI ΘEOIC ICIAC ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΑΝΕΘ.

Assectis Dijs in AEgypto Isias Archisacerdos posuit

Fuisse autem hanc inscriptionẽ ab AEgyptio factã,nõ à Græco;duo probant. primum,ipsa in AEgypto facta,vt ex verbis patet,inscriptio; alterum,ipsa Symbolorum ratio,quę purè Hieroglyphica est, & à nemine nisi in adytis AEgyptiorũ educato perfici potuit,vt in Oedipo nostro apparebit,vbi singula huius schematis explicabuntur, cuius quoq;mẽtio fiet 9 cap.huius.Ex quibus patet, Græcã linguã AEgyptijs non familiarem tãtùm;sed & AEgyptiacę quàm simillimam fuisse, nominibus AEgyptiacis (quotquot à Veteribus Authoribus posteritati consignata adhuc supersunt)quæ omnia nescio quid Græcum sapiunt, id abundè ostendentibus. Quid enim aliud Osiris,nisi ὅσιος ἱερὸς Sacrosanctus? Quid aliud Isis nisi prudens naturæ progressus ἀπὸ τῆ ἰέναι, hoc est ab eundo deducto nomine?Horus quoque certè ἀπὸ τῆ ὡρῶν vel ἀπὸ τῆ ὁρᾶσθαι deriuatum nomen, nil aliud significat,nisi τὸ ἡλίου περιτροπήν & cursu quem in Zodiaco perficit, annum in quatuor partes, quas ὥρας, teste Macrobio, dicebant, dispertientem. Sic Typhon ἀπὸ τῆ σμᾶν hoc est à dis-

Ofiris vnderiuetur.

Isis vnde

Horus

Typhon

dissipando Smy & ἀπὸ τύφειν ab incendendo seu vrendo Typhon & βέβων appellatus est. Serapis etiam, siue ἀπὸ τῆ σώρου καὶ Απιδος à cista videlicet, in qua à Titanibus Apis coniectus est; siue ἀπὸ τῆ σαίρειν, hoc est à gaudio & hilaritate, vti Plutarcho placet, denominatus; à Græco certè nomen vel inuenit, vel Græco id impertijt; Sic Βὰλ quod myrrham significat, Biblos nomen Vrbis, quorum illud ἀπὸ τῆ βάλλειν deductum, Plutarchus discussionem dementiæ vocat; hoc à multitudine papyrorum, seu arundinum aut iuncorum ibi nascentium Biblos nuncupant Strabo & Herodotus. Isin quoque Μὲθ hoc est matrem ἀπὸ τῆ μητῆρος voeabulo Germanico Mutter non multùm dissimili, appellant. Hanc alio quoque nomine vocãt Αθυρι & Μεθύρε; quorum illud mundanam domum, ἄθυρον hoc est apertã, & quasi sine portis: hoc omne ex multitudine & causa compositum significat. Sed his omnibus fusiùs tractantem l. de Osiride & Isíde, Plutarchum consule. Quis ignorat Mercurium illum Termaximum, ob eximiam qua pollebat sapiẽtiam, AEgyptiacè Thoth, vel vt alij ⲑⲱⲩⲑ, mense quoque ⲑⲱⲟⲩⲑ nomini eius honoriq; consecrato, Deum appellatum? quod verbum non longè abest à Græco Θεὸς, si finale ⲑ in Σ mutaueris. Nõ desunt hoc loco, qui Deorum seu

Serapis

Bal discussio dementiæ.

Biblos

Isis μὲθ dicitur

Mensis Thoth Mercurio dicatus.

Ido-

Idolornm Syrorum nomina Aſima, Thartac, Seſach, Neſroch,& ſexcenta alia huiuſmodi mõſtra quorũ mentionem Sacra facit hiſtoria,inter AEgyptiaca quoque numerant. Sed nos eorum opinionem in ſyntagmate 3 Oedipi noſtri AEptiaci amplè exploſimus. Nec enim VG.Aſima, AEgyptiacum, aut Græcum eſt, vti ipſi pertinaciter volunt, ſed Samaritanum vocabulum eſt, quo Deum, ſub Hircina forma efformatum paſſim indigitabãt;vt benè R. Nathan in Baal aruch oſtendit, vbi hunc Deum,per contemptum non aliter vocari ſolitum aſſerit, quàm תיש בלי צמר hircum abſque lana (ſeu pilis) hinc Hebræos quoque Cuthæis ſeu Samaritanis exprobraſſe legimus,quod Geneſim ſuam ab hirco ridiculè ſanè, hiſce verbis, inciperent.



Hoc eſt, *in principio creauit Aſima, id eſt Hircus*; quod & Abenezra in proœmio in Eſteris librũ aduertit;vbi diſquirens cur in toto libro illo Dei nominis nulla fieret mentio; tandem cauſam illius reddit hiſce verbis

והכבון בעיני שואת המגילה הברה מרדכי וזה הטעם וישלח ספרים וכולם
משנה ספר אחד שהוא המגילה כטעם פתשגן והעתיקה הפרסיים ונכתובה בדבר
הימים והם היו עובדי עבודה זרה והיו כותבין תחת השם הנכבד והנורא שם
תועבותם כאשר עשו הכותים שכתבו תחת בראשית ברא אלהים ברא אשימא
והנה כבוד השם שלא יזברנו מרדכי במגילה

Re-

Certum autem nobis visum est, hoc volumen Mardochæum composuisse, eo consilio, vt omnes libri sacri ex vno hoc volumine transcripti iuxta exemplar translationis Persarum mitterentur, & hoc describeretur in libris dierum Regum priorum. Cum autem seruituti alienæ seruirent, (id est Idolorum cultui essent addicti) scripserunt pro nomine glorioso & terribili, nomen abominationum suarum, quemadmodum fecerunt Cuthijm (Samaritani) qui scripserunt pro, (In principio creauit Deus) creauit Asima, & ecce ad gloriã Dei est, quod eius Mardochęus non meminerit. Verùm hãc calumniã ex odio quo Samaritanos persequebantur, ab Hebtęis, ipsis Cuthæis falsò affictam, apertè docet Pẽtateuchus Samaritanus Vaticanus, in quo nulla omninò huius Asimę fit mẽtio, sed verba Samaritana vndequaq; Hebręæ lectioni respõdere videntur. quod & Ioannes Morinus quoq; in exercitationibus suis in Pẽtateuchũ Samaritanũ obseruauit, vt fides cõstet, Hebræo—Samaritanas lectiones, hìc adduxi. in quarum nulla Asimæ mentio fit.



Brescit bara Elohim & schamaim veeth haaretz.



Bekameadah talmez Elehah ith schomih vaith araah. Sed hæc παρέργως.

Porrò cum nihil in rerum natura ſtabile, nil firmum, ſed omnia fluxa reperiantur & fallacia; mirum ſanè non eſt; ſi ſicut in omnibus alijs linguis, ſic & in Copta ſucceſſu temporum maximæ mutationes cõtigerint. Nihil enim mutationi magis obnoxium eſſe, quàm linguas, tùm alij, tùm præclarè admodũ in hiſtoria Latinitatis ſacræ oſtẽdit pereruditus P. Melchior Inchoferus, quin & omnia Occidẽtis Regna id abundè demõſtrant. Quis enim hodiè nouerit antiquam Hetruſcorum linguam? Quis Saxonum wandalorum, cæterarumque Gentium antiqua ab hodiernis facilè diſcernat idiomata? Certè quantùm Hetruſca & Latina lingua hodierna receſſerit ab antiqua, inſcriptiones monſtrant, tùm tabulæ Eugubinæ, antiquis Hetruſcorum literis & lingua ſcriptæ, magis ad Hebraicam dicendi rationẽ, quàm Latinã accedentes; tùm roſtratæ columnę nulli hucuſq, plenè exploratæ. Quantæ etiam linguarũ corruptelę è finitimo diuerſarũ Gentiũ cõuentu exoriãtur, nos docẽt Itali, Galli, Dalmatæ, Iſtri, Slauones finitimi Germaniæ, quarũ dialectus adeò ex harũ nationũ idiotiſmis cõfuſa eſt, vt pleriq; lingua promiſcua loquẽtes, nihil loqui videantur. Pœnorum quoque antiqua lingua tantùm ab Hebraica & Syra cum quibus eadem erat, teſt e Hieronymo, degenerauit; vt vix dignoſci poſſit. Quemadmodum è

Plau-

Plautino illo versu ab Hannone Pœno prolato apparet. *Ny Ethaloim ualon vth si coratsisima consith*. In quo si ineptas iuncturas, atque imperitas verborum distinctiones tollas, facies hanc lectionem Hebraicam.

נא את עליונים עליונות שקורה אתם מקום חזות

Na ethelionim elionoth schacora otham makom hazoth. Hoc est, obsecro vos superos superasq; quibus contigit locus iste. Multa sanè similia hìc dicere possem, si tempus permitteret, quare qui plura huiusmodi desiderabit, consulat Bernardum Ildretum Canonicum Cordubensem l. 2 c. 2, voluminis (varias Antiquitades de Espannã Africa, y otras prouincias) inscripti. apud quem vocabula Punica singulari studio cõgesta reperies. Sed nos ad Coptam reuertamur; quam sanè linguam communi omnibus alijs vicissitudini subiectam, probant ex omni ferè natione, quæ successu temporum in hanc linguam irrepsere, petita vocabula. quæ libenter hìc quoque recensérem, nisi à referendis nominum mõstris Lectoris me remoueret patientia; aliqua tamen hìc, vt corruptio manifestiùs appareat, adducere visum est. Nam Romanis AEgyptũ occupantibus, in eam iam ante à Gręcis penè corruptam, plurima vocabula Latina quoq;, maximè ea, quę militare negotium concernunt, irrepserunt. Vti

ΠΙΚΕΝCΟC Census. ΠΙΔΟΥΞ Dux. ΠΙΠΡΕ

ⲧⲱⲣⲓⲟⲛ *Prætorium*. ⲡⲓⲕⲟⲩⲣⲁⲧⲱⲣ *Curator*. ⲡⲓⲧⲣⲓⲃⲟⲩⲛⲟⲥ *Tribunus*. ⲡⲓⲛⲟⲧⲁⲣⲓⲟⲥ *Notarius*, aliaque quàmplurima, quę tibi Thesaurus noster ſuppeditabit. Hebręorum verò ea nomina, quæ ad menſuras & pondera pertinẽt aſſumpſiſſe videntur. Vti ⲡⲓⲕⲟⲙⲟⲣ *Chomor*. ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ *Bathus*. ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ *Corus*. ⲡⲓⲥⲓⲕⲗⲟⲥ *Siclus*. Arabica quoque & Perſica quamplurima reperio; quæ tamẽ breuitatis cauſa libẽs prætereo. Græca verò lingua, ſi nuda tantùm vocabula reſpicias, meritò magna ex parte Coptam ſibi vendicare videtur. ſi ſyntaxim nomiuumq; conſtructionem, tantò ab ea videbitur eſſe remotior, quantò in vocabulis affinior. Non enim à Græca tantùm; ſed etiam ab omnibus alijs linguis in declinandorum nominum, ac coniugandorum verborum ratione ita diuerſa eſt & difformis; vt ſi pauca excipias, cum nulla in nullo prorſus conuenire videatur. Eſt etiam proprium huius linguæ, omnem mutationem ſortiri à principijs verborũ fine ſemper immutabili vt ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ *Angelus*. ⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ *Angeli*. ⲡⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ *Diſcipulus*. ⲛⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ *Diſcipuli*. ſimiliaque quamplurima, quæ ex elementis noſtris Coptis huic libro adiunctis deprehẽdes. In quibus omnibus ſi verba reſpicias,

Copta lingua affinis eſt Græcæ nominibus non nominum ſyntaxi.

ma-

magnam affinitatem ad Græcam linguam; si syntaxin, insignem diuersitatem reperies. ac proinde quando superiùs de huius ad Græcam linguam affinitate locuti sumus; id nequaquam de syntaxi; sed de vocabulis tantùm nudè sumptis intelligas velim. accedit, quòd nulla habita distinctionis ratione verba alicuius periodi ita in vnum coaceruēt Coptitæ, vt vnum verbum constituere velle videantur. Patet id in sequentibus sententijs. ⲡⲉⲥⲁϫⲓ ⲁϥⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲣⲝ *& Verbum caro factum est.* & illud ⲫⲁⲓⲡⲉ ⲁϥⲉⲣⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲓⲏⲥ. *hic est Discipulus ille Iesu*. Item. ⲫϯⲟⲩⲕⲣⲓⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲙⲏⲓⲡⲉ. *Deus Iudex verus ille.* quæ iuxta nostrum scribendi morem, ita scribi deberent. ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲁϥⲉⲣ ⲟⲩⲥⲁⲣⲝ *Verbum fuit caro*. ⲫϯⲟⲩⲕⲣⲓⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲙⲏⲓⲧⲉ &c. Atque in hisce sanè verborum contextibus, si dictiones aliquas exceperis, nec in periodis distinctio, nec in cōstructione ἑλληνισμὸς vllus reperitur. Vtrum verò huius Coptæ linguæ intricata, & difformis dictionum construendarum ratio eadem fuerit; quæ antiquæ AEgyptiorum linguæ, difficile omninò est asserere; præsertim cum libri modò nobis desint antiqua pura lingua AEgyptiorum scripti. Probabile tamen est, & quantum ex Coptitarum monumentis, vario-

Copta lingua difficilis

riorum Authorum lectionumqne antiquarum collatione colligere licuit. eam si non eandem, vtpote vetustate temporum corruptam, saltem non omninò absimilem fuisse Coptæ, quæ ab ea profluxit, & magnam vocabulorum partem antiquæ propriorum adhuc tenet. Verùm, vt aliquid certi de hoc statueretur, AEgyptus consulenda foret, videndumque, si forsan aliqua adhuc in vetustis pyramidum ruinis eius vestigia reperirentur, quæ si haberentur, difficile non esset, ex cõparatione cum Copta facta, in eius proprietatum cognitionẽ deuenire. Sed quoniam desunt, qui indefesso studio huiusmodi deperditas antiquitates eruant; mirum non est, eas hoc sæculo manere inaccessas. nihilque remanere nobis nisi pauca quædam veluti ex temporum naufragio relicta fragmenta; Pauca inquam vocabula quædam, à Vetustis Authoribus obseruata, quibus inopiam nostram solemur.

CAPVT VIII.

De Vtilitate Linguæ Coptæ seu AEgyptiacæ.

MIratus sum semper, cur ex tanto scribẽtium numero, tantaque librorum copia adeò pauci reperiantur, qui, aut reconditioris lite-

literaturæ difficultates perfectè attingãt; aut deprehensas superent, Videmus enim nobis dubitantibus innumeros quidem obuios libros esse, quos tamẽ si benè expenderis, ex mille vix vnũ repereris qui in perplexitate constitutis animis subsidio esse possit. Imò, quod dicere pudet, omnes Scriptores in vnius verba ita coniurare, vt si verborum fucum tuleris, eandem omninò rem scriptam, subscriptam, transcriptamque reperias. Hinc fieri arbitror; vt concatenatorum more cæcorum vno trahente alterum, omnes in inemendabilium errorum barathrum labãtur. Cuius quidem literariæ calamitatis aliam causam esse non existimo, nisi externarum literarum artiumque neglectum, quæ cùm plerumque summo labore addiscantur, quidam ad propudiosum illud ignauiæ Asylum confugientes, segnitiem mentisque inopiam velare conãtur: illud(cui bono)probro suomalè prætexentes,quasi nihil prosit, nisi vnde vẽter & marsupiũ turgeat. Mihi sanè lõgè alia mẽs,alius ad literas animus: quo ita à natura sum cõparatus, vt nihil ingenuo homine dignius existimẽ; quàm industriã, vireſq; ingenij,ijs in rebus potissimũ, quas vel obliuiosa, ac indocta sæcula successu tẽporũ neglexerũt, restaurãdis; aut quas natura in secretioribus penetralibus recondidit, sagaciter rimandis experiri; ita quidem vt omnes huius-

mo-

modi abditos Thesauros pelluſtrem, & ſi minus eos exportare poſſim; ſaltem Alcmæonis more me in ijs volutem, atque humeris, ſinu, calceis quantulum licet conueham. Eo ſtudio inſtigatus, Coptæ quoq; linguæ, ſeu antiquæ AEgyptiacæ, vnà cum Hieroglyphicæ vetuſtate temporum deperditę diſciplinę inſtaurationem, molior; in quo negotio ſi non omnia ad deſideratam perfectionem perduxiſſe videar, ſatis tamen feciſſe cēſebor, primus hanc glaciem tētaſſe, alijſque ad vlteriùs inceptum iam opus promouendum, viam monſtraſſe. Quod ſi hìc ſpes me quoq; fefellerit; certè nil reſtare video niſi vt laudem in conatu reponam. Sed hæc forſan fuſiùs quàm par erat, proſequutus ſum. Quare linguam Coptam proſequamur, quæ, ſi Hebraicam excipias cum non immeritò linguarū antiquiſſima ſit; nemini quoque dubium eſſe debet, ex eius inſtauratione ingentē oriri poſſe tùm literis tùm Eccleſiæ vtilitatem & emolumentum. Literis quidem, cum eius ope innumera atque obſcuriſſima antiquitatis myſteria, ac præſertim in Hieroglyphicis obeliſcorum notis abdita; quēadmodum ex ijs, quæ in Oedipo noſtro AEgyptiaco prodemus, apparebit; Libros enim ex omni facultate & ſcientia hac lingua conſcriptos eſſe, adeò certum eſt, vt ad hoc probandum nulla alia authoritate opus ſit,

niſi

nisi Thesauri nostri, seu onomastici Coptici, in quo omnium facultatum & sciẽtiarum termini, Copticis vocabulis adeò propriè exponuntur, vt in eo nulli alteri linguæ cedere velle videatur. Nomina autem huiusmodi, non est credibile ab Authore onomastici fuisse excogitata; sed ex Authoribus huius, vel illius facultatis deprompta fuisse, & summo studio collecta. Ego certè famosa illa Trismegisti volumina alia lingua non fuisse scripta, nisi Copta, multis rationibus, quas alibi prodemus, inducor. Magna igitur emolumenta ex huius linguæ instauratione Reip: literariæ prouenire posse, quis est qui nõ videt? Ecclesiæ quidẽ, quia antiquissima AEgypti Christianorum Ecclesia, hac lingua, licet ipsismet hac tempestate ferè penitùs ignota, in sacris vtitur, eademque exaratos habet omnes, cùm veteris, tùm noui testamenti Codices; quin & 4 prima Concilia, aliaque permulta ad rem Ecclesiasticam facientia, vt suprà quoque recensuimus; quæ omnia plurimùm conferent ad confundendas impias atque abominandas nostri temporis hæreses; quandoquidem AEgyptiorum Ecclesia licet ab hinc mille & ducentis circiter annis, sub diuersis Episcopis Alexandrinis ab Ecclesia Romana frequenti schismate sit diuisa, in sacris tamen peragendis & in sacrorum librorum receptione ab illa nũquam dissensit. Porrò quo tem-

pore huiusmodi sacrorum voluminum in linguã Coptam prima facta fuerit translatio, hucusq; cognoscere non licuit; quantùm tamen è martyrologio Copticõ, quod Arabicè scriptũ in Maronitarum Collegio conseruatur, colligere licuit; ea facta est ab hinc mille circiter & trecentis annis, quo tempore, teste Nicephoro, studium sacrarum literarum in Thebaide, & per totam passim AEgyptum, maximè florebat; quod & dictum martyrologium, in prima prolusione mensis Thoth apertè dicit; præcipuam Monachorum eius temporis occupationem fuisse Sacra Biblia è Græca, Chaldaica, & Hebraica, in linguam ipsis propriam, Coptam nimirum, transferre; quæ prototypa deinde succedẽtibus sæculis, alij & alij identidem describentes, numerum librorum pro multitudine Cœnobiorum, Monachorumque in immensum auxerunt. His igitur ita ritè declaratis, nunc antequàm vlterius progrediar, in gratiam studiosi Lectoris eorum librorum catalogum, qui hodiè in Bibliotheca Vaticana lingua Copta scripti conseruantur, priùs hoc loco prodere visum est, ne autem id obiter, vt dici solet, & superficietenus fiat, quidam Amicorum meorum rem haud ingratam me facturum existimarunt, si præter nudas Codicum denominationes singulorum quoque titulos & inscriptiones tàm Copticas, quàm Arabicas, & si quæ alia essent di-

ctorum librorũ proſcænia, ex quibus annus, quo quiſque ſcriptus; patria ad hæc, & nomen Authorum, ſimileſque circumſtantiæ à Lectore faciliùs percipi poſſent, adiungerem. Tàm laudabili amicorum poſtulationi deeſſe nec potui, nec debui: etſi labores tantò fuerint grauiores, quantò pauciores eſſent, qui in ijs exantlandis auxilio mihi conſilioque eſſe poſſent. Nam inſcriptiones plurimas quidem inueni; ſed ita ſitu ſqualidas, ita corroſas, ac quod peſſimum erat, ea negligentia & incuria exaratas, vt à peritioribus etiam Arabicæ linguæ vix legi, nedum intelligi poſſe viderentur. Quare omiſſis ſemeſis huiuſmodi librorum titulis, ac vetuſtate obliteratis annotationibus, aliquas tantùm, hìc & eas quidem, quæ minorem in enodando difficultatem habebant, apponendas duxi.

CATALOGVS

Librorum Coptorum, ſeu AEgyptiorum, qui hoc tempore in Bibliotheca Vaticana conſeruantur.

Primo loco ſeſe offert Pentateuchus 3 tomis in folio magno comprehenſus, quorum primo Geneſis & Exodus: ſecundo Leuiticus, & nume- I

ri: tertio Deuteronomium continetur. Primi tomi inſcriptio Copto—Arabica eſt ſequens.

Ⲥⲩⲛ Ⲑⲉⲱ

Ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛϯ Ⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲧⲉⲛⲥϧⲁⲓⲛⲉ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ.

نبتدى بعون الله نكتب خمسة اسفار التوراه لموسى

Hoc eſt, *Incipimus cum adiutorio Dei ſcribere quinque libros Legis Moſis Prophetæ.*

Poſteà ſingulorum quinque librorum tituli incipiunt eo quo ſequitur modo.

Geneſis. Ⲛϯⲅⲉⲛⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡⲓϫⲱⲙ ⲡⲙ̀ⲡϩⲟⲩⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉϯⲙⲉⲧⲣⲉϥⲥⲱⲛⲧ ⲡⲉ. Hoc eſt· *Geneſis Moſis Pro-*
1 *phetæ, liber continens creationem rerum.*

Exodus. Ⲡⲓϫⲱⲙ ⲙ̀ⲁϩ ⲃ̅ ⲛ̀ⲧⲉ̀ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲉⲝⲟⲇⲟⲥ. Hoc eſt. *Liber ſecundus Moſis Prophetæ, liber Exodus.*

Leuiticus. Ⲡⲓⲙⲁϩ ⲅ̅ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲅⲉⲛⲉⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ⲛⲓⲗⲉⲩⲓⲧⲓⲕⲟⲛ. *Tertius poſt libros Gene-*
2 *ſeos Moſis Prophetæ ille eſt liber Leuiticus.*

Numeri. Ⲡⲓϫⲱⲙ ⲇ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏ

ⲧⲏⲥ

ⲉⲧⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲁⲣⲓⲑⲙⲟⲥ. *Liber quartus Mosis Prophetæ, ille liber Numerorum.*

ⲡⲓⲉ̅ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲙⲏⲧⲉ ⲙⲙⲟⲩⲥⲏⲥ ⲓⲡ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲇⲉⲩⲧⲉⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲟⲛ. *Quintus liber Mosis Prophetæ, liber est Deuteronomij.* Descripta verò fuerunt hi 3 Tomi ãno Copto 1115. opera cuiusdã Gabrielis filij Phanus, sic enim in fine libri habetur. *3. Deuteronomium.*

كتب فى ثلث عشرين من شهر مسرى المبارك سنة الف ومايه وخمسة عشر للشهدا الاطهار رزقنا بركتهم

Descrpsit autem hoc opus vigesimo tertio mensis Megori benedicti, anno 1115. SS. Martyrum; det nobis Deus de benedictionibus eorum.

Est porrò Pentateuchus hic præ reliquis singulari cura scriptus; & accuratissima partitione in suas lectiones, Κεφάλαια & versus distinctus, qua scribendi ratione, omnibus alijs palmam præcipere videntur. Dictiones Legis, aliorumque scriptorum separãt Coptitæ lineola, non solo spacio, vt Iudæi, cæteræq; nationes. etsi in incisis mẽbris & periodis vix vllam distinctionis, vt paulò ante dictum est, habeant rationem: tenent tamen nonullas alias notas, quibus cum sensus distinctione animi affectus exprimunt, veluti oppositionis, interiectionis, protractionis, interrogationis, obsecrationis, indignationis. Distingnunt

Præ-

prætereà ſingulos Moſis libros in lectiones, quas ⲛ̀ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ (verſus) appellãt, פרשים & סדרים paraſchim & ſedarim Iudaicis longè breuiores. Sexcentas triginta liber Geneſis earum numerat. Exodus 603. Leuiticus 702. Numer oũ 835. &c. quorum numerus finito libro exprimitur hiſce verbis Coptis.

Ⲅⲉⲛⲉⲥⲓⲥ ⲉ̀ⲛⲟⲓⲣⲏⲛⲏⲁⲩⲏⲛ ⲥⲧⲟⲓⲭⲟ́ⲥ ⲗⲭ.
Geneſis continet verſus 630.

Ⲉⲝⲟⲇⲟⲥ ⲉⲛⲏⲣⲏⲛⲏ ⲧⲓⲕⲱⲁⲩⲓⲛ ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ ——— Ⲅⲭ.
Exodus continet verſus 603.

Ⲗⲉⲩⲓⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲛⲟⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱⲕⲱⲁⲩⲏ ⲛ̀ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ Ⲃⲯ.
Leuiticus continet in ſumma 702.

Ⲁⲣⲓⲑⲙⲟⲥ ⲉⲛⲏⲣⲏⲛⲏⲁⲩⲏⲛ ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ ⲱⲗⲉ-
Numerorum liber continet verſus 835.

Deuteronomium quot verſus habeat ob tritam & exeſam vetuſtate paginam colligere non valui. Atque in hoc mihi Samaritanos imitari videntur Coptitæ. Diſtinguunt illi eadem ratione 5 libros Moyſis, in ſectiones quaſdam quas ⲥⲧⲟⲓ Katſim vocant, quarum 250 in Geneſis libro numerãt, & in tota Lege 960. & numerum earum non ſecus ac Coptitæ ſuos

ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ, & Hebræi Maſorethæ ſuas paraſchas & Sedarim apponunt, quemadmodum in Vaticano codice patet. ⲁⲃⲅⲁ:ⲁⲃⲅⲁ
:ⲁ:ⲁ :ⲁⲙⲙⲁ :ⲁⲧⲁⲙⲙⲁⲁⲁⲥ

Haze Sepher hariſchon Katſin mathaim, hamiſchin ſchanin. hic liber primus habet ſectiones 250. & in fine.

ⲁⲃⲅⲁⲁⲁⲁ:ⲁⲙⲙⲁ:ⲁⲃⲅⲁⲁⲁ
:ⲁⲃⲅⲁ:ⲁⲁ ⲁⲁ:ⲁⲃⲅⲁ:

Ve ſoma Katſin becol thorath) ——— (960
Summa ſectionum totius Legis) ——— (

4 Poſt Pentateuchũ quarto loco occurrit liber Euangeliorum, non minus varietate picturarum, quàm ſcripturæ venuſtate cum primis ſpectabilis. Scriptus ille fuit in Conuentu S. Mercurij in AEgypto à quodam Gabriele nomine, eo anno quo ſequitur.

كتب ذلك المسكين غبرايل بكنيسة القديس
مرقوريس فى مصر المحروسه بدير القديس العظيم
انطونيوس ببرّية العربة بحضور الحكيم المذكور فى
ثالث برحهات برمهات سنة ستة وثمانين وتسع
مايه للشهدا الاطهار الموافق الخامس رجب الصوم
سنة ثمان وعشريين تسعمايه

Sripſit hoc in Conuentu S. Mercurij in AEgypto Gabriel pauper & humilis, & cuſtoditur id mo-

do

dò in monasterio Sancti Anthonij Magni in deserto Arabiæ, in præsentis sapienis supradicti, in tertio mensis Pharmuthi, anno 986. SS. Martyr: 5 die Reheb mensis Ieiunij, anno Arabum 918.

5 Codex continet 14 Epistolas D. Pauli Apostoli. 3 Canonicas & actus Apostolorum, cuius hæc est epigraphe

هذا الكتاب المبارك يشتمل على رسايل بولس
الرسول هم اربعه وعشرين

Hic est liber benedictus continens Epistolas Pauli Apostoli; & sunt illarum 14. In fine verò hæc scripta habentur.

كمل ذلك بسلام من الرب فى يوم السبت المبارك
خامس عشرين ثد برموده المبارك بسنة الشهدا
الاطهار الف مايتين وعشرين

Perfectus est liber ille in pace, quæ à Domino. Die Sabbathi benedicti; 15 mensis Pharmuthi benedicti. anno SS. martyr: 1220.

6. Codex Euangeliorum alius, cuius inscrptio est.

Πιεϥαν ελιον Πενοϲ Ιηϲ πχϲ.

Euangelium Domini nostri Iesu Christi.

7. Liber Apocalypsis S. Ioannis Apostoli; qui Copto-Arabicè sic incipit.

رويا القديس يوحنا الانجيلى

Ⲁⲡⲟ

ⲁⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲯⲓⲥ ⲧⲟⲩ ⲁⲅⲓⲟⲩ Ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ Ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲟⲩ.

Visio seu reuelatio S. Ioannis Euangelistæ. in fine verò ponuntur sequentia verba.

في يوم الجمعه الخامس عشرين من شهر برمهات سنة احدى وستين والف للشهدا الاطهار وهو الاسبوع السادس من الصوم المقدس اعاد الله من بركاته علقه لنفسي ولمن يشا الله تعالى بعد العبد الحقير المسكين الغاجز من جميع الفضايل الخاطي كثر من كل بشر

Hoc est. *Die Veneris 25 mensis Pharmuthi anno 1061 SS. Mart: & illa erat septimana sexta Ieiunij sancti. det Deus de benedictione sua continentiam animæ meæ, & cui voluerit Deus excelsus post me abiectum, vilem, pauperem omnibus meritis & excellentijs priuatum, peccatorem inter mortales maximum.*

8 Psalterium Dauidis descriptum fuit iussu venerabilis Domini Patriarchæ Gabrielis. 22 mensis Paophi anno Coptico millesimo 82.

9 Liturgia S. Marci. titulus eius est

ⲧⲫⲓⲁ ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛⲧⲉⲙⲁⲣⲕⲟⲥ Ⲙⲁⲣⲕ. ⲙⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲛⲧⲉⲡⲭⲏ.

Missa seu oblatio S. Marci Euangelistæ vnà cum orationibus, & precibus quotidiè recitandis.

10 Cõtinet hic codex *Liturgiã S. Gregorij*; cui in fine adiũctę sũt orationes Copta lingua cõscriptę S. Cyrilli, quẽ Arabicè كيريلس kirilas vocant

11 Missa seu Liturgia S. Basilij, Gregorii, Cyrilli. Epigraphe libri est Copto-Arabica.

قداس القديس باسيليوس كيريلس وغريغوريوس

Ⲱⲩⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛⲧⲉⲙⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ Ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ, Ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ.

12 *Rituale Monachorum*, in quo de varijs ritibus & cerimonijs Antiquorũ Monachorum agitur. Item de varia sacrorũ vestimentorum ratione. quis huius Codicis sit Author, aut quando scriptus fuerit, mihi vt scirem, tineæ inuiderunt.

13 *Manuale variarum orationum seu precum*, lingua Copta cõscriptarum; iuxta distributionem temporis dispositarum.

14 Aliud *Missale*, in quo variæ Liturgiæ continentur. Annus & nomen Authoris desunt.

15 *Grammatica & dictionarium*, Lingua Copta scriptum ante 400 circiter annos. Authoris anonymi.

61 *Missale* seu Codex variarum Liturgiarum S. Cyrilli, Gregorij, Basilij. qui descriptus est per quẽdam Religiosum Andream nomine.

71 *Epistolæ* Beati Pauli. Canonicæ. & Actus Apostolorum.

18 *Missale* Coptum.

Mis-

19 *Missale S. Cyrilli*

†ΠΑΦΟΡΑ ΜΑΓΙΟC Κγριλλοc.

20 *Grammatica & dictionarium.*

21 *Missale.*

22 *Grammatica & dictionarium.*

23 *Euangelia.*

24 *Orationes sacræ.*

Atq; hi sunt Codices Copti, quos Bibliotheca Vaticana hodiè conseruat, in alijs quoque celebrioribus Vrbis Bibliothecis varia quoq; hac lingua cõscripta monumenta reperiuntur: est in Bibliotheca Collegij nostri Maronitici inter cęteros Arabicos Codices Martyrologium quoque Copticum, in quo Sanctorum Orientalis Ecclesiæ, potissimùm AEgyptiorum Monachorum vitæ, iuxta dies 12 mensium Coptorum singulari studio Arabica lingua, Coptitis vernacula, descriptæ spectantur; dignum sanè opus, quod ob rerum memorabilium copiam, & historias gestaque Sanctorum Latinæ Ecclesiæ hucusque ignota, publici iuris fiat. Est & liber asceticus Epistolarũ S. Antonij ad Monachos AEgyptios cõscriptarũ, nõ minori rerũ copia refertus. Quæ Coptitarum monumenta esse plerisq; libris præfixæ, aut in fine adnexæ, aut marginibus etiam appositæ inscriptiones luculenter ostendunt. Porrò in priuatis quoque aliorum Bibliothecis non desunt Coptici Codices, inter quos Thesau-

rus noſter Coptarabicus, (quem mihi Illuſtriſſimus Vir D. Petrus à Valle Patritius Romanus; pro egregio ſuo erga linguarum Orientalium reſtaurationem affectu, ex AEgypto non ita pridem allatum, communicauit vertendum) præ cæteris omnibus ob rerum, nominum, verborumque copiam, qua refertus eſt, dignus viſus eſt qui ſine mora publici iuris fieret. Conſtat verò dictus Theſaurus à nobis ex Arabica Coptaque lingua, in Latinum verſus, tribus potiſſimùm partibus. Primam partem ſibi vendicant ea, quæ ad Grammaticam ſpectant. Alteram verò nomina rerum in certas claſſes ſeu materias diſtributarum, quam ideò ὀνομαστικὸν ſeu Nomenclatorem cum Iunio non malè vocamus. Tertiam partem denique abſoluunt dictiones ſingulæ in Copticis monumentis paſſim occurrentes, iuxta Alphabeticum ordinem diſpoſitæ; vnde & eam dictionarium vocamus; Coptitæ Scalam Electam appellant, non incongruo vocabulo. Ordinantur enim in ea dictiones ſingulæ iuxta earundem fines, methodo ab ordine noſtrorum dictionariorum prorſus contraria. ſicut enim apud nos inquiſitio dictionum inſtituitur à literis Capitalibus; ita apud Coptitas ex literis dictionum deſinentibus vocum inquiſitio inſtituenda eſt. quem modum Kamus quoq; celebre Arabum dictionarium obſeruat.

Hic

Hic itaq; noſter Copto-arabico-latinus Theſaurus, ea verborum nominumque copia refertus eſt, vt nullam Literatorum familiam eſſe arbitrer, cui non ſummam vtilitatem ſit allaturus. Inuenient in eo primò ſacrarum literarum interpretes, inſignem rerum & nominum eorum inſtituto propriorum copiam, qua in obſcuris nominibus in ſacris literis occurrentibus adiuuentur. Medici huius ope è varijs dubijs, quæ in nominibus plantarum, mineralium, aliorumque medicamentorum hìc Coptarabicolatinè expoſitorum paſſim occurrunt, eruentur. Aſtronomi mox cœleſtem Siderum exercitum, ſingulaſque ſtellas antiquis nominibus ſuis, queis eas primi aſtronomiæ Inuentores AEgyptij & Arabes olim inſignierant, cohoneſtatas aſpicient. Nec Phyſicis deerit materia, qua obiecta ſua excolant. Nam & elemẽtorum, lapidum, arborum, plãtarum, animalium quadrupedum, volucrum, piſcium, ſerpentium nomina, prout ab Antiquis indigitata ſunt, cum ſummo gaudio contemplabuntur. Mathematici antiquos quoque artium terminos in geometricis, ſtaticis, arithmeticis, aſtronomicis, muſicis, ſimilibuſque artibus & ſcientijs, ſingula nominibus Coptis, Arabicis, Latinis, inſignita reperient. Antiquarijs denique hic nil aliud erit, quàm promus condus, ex quo innumera emoluměta literis promanatura mox

Interpretes ſacræ Scripturæ.

Medici

Aſtronomi.

Phyſici.

Mathematici.

Antiquarij

ex

experientur. Atque hi sunt libri Copti qui ad notitiam meam peruenerunt.

Obtulit non ita pridem, ex familiaribus quidam, inscriptiones varias, inter Coptos seu AEgyptiacos Codices, vt ipse, aiebat, repertas, eo charactere, quem Salomonis perperam quidam appellant, exaratos. Has inscriptiones, cùm analyticæ artis subsidio, labore nõ adeò magno enodassem, deprehendi, tùm dictarum inscriptionum sensum, tùm alienam in multis ab Arabum scribendi ratione phrasin, nescio cuius imposturæ speciem habere; vnde induci nulla ratione potui, vt hosce Salomonis characteres Coptitis vnquam vsitatos fuisse crederem; accedebat, quod nulla horum, nec in Coptitarum monumentis, nec apud alios sinceros Authores eorum sub hoc nomine reperirentur vestigia; quare, ne hoc Eridis pomum tangẽdo cuiquam præiudicio forem, earum explicationes consultò omittendas existimaui. Scio multos passim huius farinæ characteres inscriptionesque Salomonis nomine circumferri, quibus tamen multum fidei habere nolim, cùm nescio quid supposititij partus oleãt, veriùsq; è maleferiatorum hominum, quàm Salomonis officina deprompti videantur. Quia verò iudicium meum circa id genus characteres, quidam desiderant; dico huiusmodi characterem nequaquam Salomonis esse, cùm purè Arabicus

sit

sit, & posteris temporibus è chirographico, seu currente Hebræorum charactere, (vti clarè alibi demonstrabimus) profluxerit; Sed Agarenorum esse, seu Saracenorum Africanorũ; hos enim literis Arabicis super lineas data opera ductas veluti cõcatenatis, olim καλλιγραφίας ergò vti solitos, è varijs numismatũ inscriptionibus comperio; & celebratissima illa inscriptio Arabica, quã Georgius Gualterius in antiquitatibus Siculis in S. Restituta, in marmore quodam perpetuo venustissimè super lineas agglutinatis spectabilem proponit, abundè testatur. Verùm cùm multæ passim hoc charactere inscriptiones factæ, circũ ferantur, visum fuit dictorum characterum Alphabetum, præsertìm cùm à nemine id præstitum adhuc sciam, hoc loco apponere, vt si huiusmodi quandoque inscriptiones in manus Arabicæ linguæ periti inciderint (vti in meas nõ infrequenter inciderunt) clauem qua ad interiora eius faciliùs penetrare possit, hìc reperiret.

Alphabetum
Characterum Agarenorum. seu
Saracenorum in Africa.



R Dh D Ch hh G Th T B A

Ai Th T Dh D Sh S Sc S Z



N M M L L K C Ph Gh Gh Ai



I I I L L H&LV H H N

His itaque oſtēſis, cùm in hanc variarum inſcriptionum materiem neſcio qua occaſione inciderimus, iniuriam me Reip. Literariæ facturum exiſtimaui, ſi hoc loco præterirem ſcripturam aliam ſacram, ſeu hieroglyphicam, verè mirabilem, à nemine adhuc, vt intelligo, explicatam; cuius enodationem ego diuina Numinis gratia opitulante aggreſſus, tandem feliciter primus expediui. Attamen, vt inuenta veritas luculentiùs pateſiat, totius rei hiſtoriam ab ouo ordiri viſum eſt.

Mira-

Mirabilis vetustissimæq; Inscriptionis, in rupe quadam montis Oreb quæ pars montis Sinai est, incisæ, à nemine antehac explanatæ, vera, certa, & fidelis interpretatio.

Prodromum AEgyptiacum mihi adornanti, dum à varijs, varij griphi, varijque hieroglyphici nodi dissoluēdi offerrētur; inter cæteros, R.P. Dominicus Germanus, natione Silesius, Arabicæ linguæ professor, ex ordine S.P.Frāciſci; cùm de meo in abstrusis huiusmodi notis enucleandis molimine inaudisset, & ipse scripturā quandā attulit; in rupe quadā mōtis Sinæ sesquipalmaribus literis inciſam quā, R. P. Thomas Obecinus Nouariensis ex eadē D. Franciſci Familia, vir ob egregiam eruditionem, linguarumque Orientalium peritiam passim notus; dum eas oras olim lustraret, summa diligentia, & fide, suis manibus descriptā, Romam eo animo secum asportauit: vt Europæis eam veluti hieroglyphicum quoddam, quo indagando ingenij vires experirentur, proponeret; Audio enim in tantum vnicam hanc scripturam Orientalinm hucusque torsisse ingenia; vt non defuerint, qui explicatu eam assererent omninò impossibilem; Quidam

ob difficultatem hieroglyphicis; alij Cabalicis symbolis annumerarent: alij denique alia, vt in huiusmodi rebus arduis & abstrusis fieri solet, de ea comminiscerentur.

Hanc itaq; scripturam omnium Orientalium opinione inexplicabilem, cùm mihi ita D.O.M. disponente primò oblatam penitiùs inspexissem, mox animum subijt scriptura illa Apuleiana de adytis prolata, ignorabilibus literis, partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, partim, capreolatim condensis apicibus prænotata; quibus tamẽ tantum abest, vt animo conciderim, aut de ea penetrãda animũ desponderim; vt nil potiùs habuerim antiquiùs, animum meum insolito quodam veritatis cognoscendæ inuadente desiderio, quàm in maximis mysterijs, quæ nescio, quo instinctu ei subesse cognoscebam, intelligendis indagãdisque, omnem industriam, viresq; ingenij experiri. Diuino itaque priùs implorato auxilio, mox trium linguarum, Hebraicæ, Samaritanæ, & Syriacæ, ad quas dictæ scripturæ characteres proximè accedere videbantur, adhibitis quoque mihi consuetis artis cõbinatoriæ regulis, sedulam occepi comparationem; & ecce scripturæ cæteroquin intricatissimę, omniumq; opinione inexplicabilis, sensus vti opinione citiùs, ita quoque labore non adeò magno & singulari, (Deo Patri luminum sit honor) clarus, omnibusque solutus

no-

nodis tandem emerſit. Vnde ſi quis à me quæſierit, quomodo *tàm citò* rem adeò difficilem *inuenire potuerim*, illi aliud nõ reſpondeo, niſi illud Iacobi Iſaacidis, *quia voluntas Dei fuit vt citò occurreret quod volebam*. Verùm antequàm inuentam veritatem pandamus, memoratam ſcripturã priùs cũ exemplari, doctiſſimi viri Ioannis Baptiſtæ Doni, qui eam ab Anglo quodam acceperat collatam (quam quidem noſtro ſimillimam reperimus) ea fide qua eam citatus P. Thomas, alijque ex rupe Sinaica decerpſerunt, vnà cum authentica facti relatione, priùs hìc ob oculos ponere viſum eſt. vt ea, qua in rebus incognitis & difficilibus decet, ingenuitate procedamus. Scripturæ typus ſequitur.

Gen: c. 27. v. 20.



Typus Inscriptionsi Sinaicæ.

Et da qui è il fine occupando le letteræ tutto il dosso della pietra.

P.

P. Thomæ Obecini Nouariensis authenticum huius scripturæ testimonium.

Queste figure ò lettere si trouano sculpite in vna pietra piccola posta à pie di del monte Oreb, doue Dio N.S. diede la legge, & si vede la pietra esser di radice del monte. Ma poco eleuata da terra, & mi dissero quei Padri, & Arabi, che m'accompagnauano, che era tradition presso di loro, che quella scrittura fusse di Geremia Profeta. Ma che niuno l'aueua mai potuto interpretare; Che però teneuano, che in quelle lettere manifestasse Geremia, oue haueua nascosto li sacri vasi del tempio, & m'affermauano, quei Padri, che dal monasterio (qual è vicino) alcuni deuoti Religiosi testificano spesse volte hauer visto sopra quella pietra vn splendore mirabile. Quanto al fatto, che Geremia nascondesse i sacri vasi, l'habbiamo ne Machabei nel cap. 2. del. l. 2. ma non si dice, che ascendesse al monte Oreb, ma al monte doue ascese Mose, & vidde l'heredità di Dio, & questo fù il monte Nebo posta nella terra di Moab, dirimpetto à Gerico, come nel Deut. 34. leggiamo. Sia come si vole, l'hò voluto notare per essercitio de virtuosi. S'auertirà che la scrittura essendo incauata nella schiena della pietra, parte delle lettere declinano da vn lato & parte dall'altro, & sono di grandezza più d'vn palmo & mezzo; & quelli forami che se mostrano

qui

qui con figure d'O, sono piu profondi, che l'intagliatura della lettera, oue comodamente v'entrano le parte delle dita, che piu chi meno grande, come del sopra-scritto essemplare si mostra.

Io Frà Tomaso da Nouara cauai da luoghi citati le presente figure di lettere Hebraiche antiche.

Quæ omnia approbat Illustrissimus D. Petrus à Valle, tùm montis Sinæ; tùm memoratæ scripturæ oculatus inspector. Hac itaque testificatione accepta, dico, hanc scripturam antiquam Chaldaicam esse, quam Assyriam, & Thargumicam alij; alij Aramæã, Libonæã seu Babyloniam, eò quòd tempore Regum Israel, & captiuitatis Babylonicæ ea passim & vulgò vterẽtur; alij denique alijs nominibus appellant. Character verò eius antiquus Hebræus est, monogrammatikῶς ad mysteria sub eo latentia, à profanorum lectione securiùs occultanda, exaratus; cuius sensum istum esse dicimus, qui sequitur.

DEVS VIRGINEM CONCIPERE FACIET.

Verùm, vt explicationis factæ veritas luculentiùs omnibus innotescat, singularum vocum resolutionem in suas literas hìc apponam.

Avà

Ανάλυσις
Inſcriptionis Chaldaicæ
antiquæ



Ἀνάλυσις Literarum

Hebraicè.

Chaldaicè

Iebten	*Almatha*	*Adonai*	Lectio.
Deus	*Virginem concipere faciet*		Interpræ-tatio.

Hanc literarum analyſin cùm penſiculatiùs excuſſiſſem, in vltima voce יבטן duas alias adhuc voces contineri aduerti, videlicet ſequentes.



Vetbabten Ben. & illa parietfilium.

Itavt totius ſcripturæ ſenſus ſit.

ⲙⲙⲙ ⲉⲗⲁⲙⲁⲓ ⲉⲩⲃⲱⲛ ⲁⲩⲃⲱⲛ ⲃⲉ

ייי עלמתא יבטן ותבטן בן

Deus Virginē concipere faciet, & illa pariet filium.

Sed Lector lectiones has, vt volet accipere poterit, ſiue enim hæ duæ vltimæ voces addantur priori, in quo implicitè cōtinentur, ſiue non, ſemper idem manebit ſcripturæ ſenſus.

Porrò, cùm huius ſcripturæ interpretationem Viris Hebraicæ, Chaldaicæ, atq; Syriacæ linguæ vndequaque peritiſſimis recognoſcēdam dediſſem; videlicet Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo D.D. Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno Maronitæ; Admodum R.P. Domino Philippo Guadagnolo Ord. Cler. minor. Theologo; D. Abrahamo Ecchellenſi Maronitæ Arabicæ & Chaldaicæ in Academia Piſana profeſſori, eo ipſo tēpore Romę cōmorāti; viris pręter linguarum cognitionē cōplurium aliarū rerum notitia claris. Prætereà Reuer. quoq; doctiſſimiſq; PPP. Soc: Ieſu, Cornelio à Lapide, Ignatio Lomelino, Ioanni Baptiſtæ Ferrario, Hebraicæ in collegio Romano profeſſori; multis deniqne alijs, cùm, inquam, oſtendiſſem, ſingularumque literarum à confuſa illa ſcribendi ratione, analytica methodo vindicatis apicibus, ſenſus veritatis vltrò ijs innotuiſſet, eam non approbarūt tantùm; ſed & ex eius interpretatione tàm appoſitè facta, ſummā

vo-

voluptatem haurire visi sunt. Authores itaque fuerunt vt hanc adeò antiquam nouitatem, vel vt meliùs dicã, antiquitatem adeò nouam, vtpote quæ ingẽtia Ecclesiæ emolumẽta adferre possit, non in Europæorum tantùm; sed & Asiaticorum gratiam, mox publici iuris facerem, quod quidem per Prodromum hunc AEgyptiacum commodè fieri posse iudicaui.

Veruntamen vt & Lectori dictarum linguarum ignaro quoque satisfiat, & nequicquam vel proprio confinxisse ingenio, vel quippiam violenter tortum explicasse, aut coniecturis vagis indulsisse videar; singularum literarum, vti & vocum rationem varia authoritate stabiliẽdam duxi. Ac primò quidem 3. illos apices seu 3 Iodim in modum coronæ disposita, mysticum Dei nomen יהוה olim significasse, Galatinus paulò post citandus tradit, & Ioannes Fortius Hortensius Neophytus in libello de mystica literarum significatione docet his verbis.

Iehoua Galatinus.

בני הקדמנים באופן אחת כתבן שם יהוה באופן אחרת היו

קוריין קצת מהם בתבוהו ב י נ י קצת ב ג תגים לרמז חסוד ג

מדות. *Veteres, inquit, alia ratione scribebant Dei nomen* יהוה, *alia legebant. Quidam id 3 Iod, quidã 3 apicibus, ad 3 Diuinarum proprietatum, seu* מדות *sacramentum indicandum scribebant.* Certè nomẽ Dei 3 Iod circulo inclusis olim mysticè scriptũ

fuisse, suprà c. 7. declaratum est. & clarè ex Hebraicis antiquis Authoribus docet Lilius Gyraldus synt: 1. histor: Deor: fol. 2. *Alij*, inquit, *rectius Iehoua enunciant; quod apud Antiquos quosdam Hebræos legimus hac significatione notatũ, tribus videlicet Iod literis, quæ circulo concludebantur, suppositio puncto chamez hoc modo.*

Vide Talmud l. כריתת *c. 1 R. Salomon ibid: & Exod: 29. n. 36. l.* מנוחות *c. 8. & 2.* משנות *fol. 96. n. 3. c. 6. Rambã in* מרע *fol: 55 p. 2. Baal aruch Voce* בי *Aben schuseb l. 2. c. 11. fol. 50. in Exodum.*

Confirmant hanc scribendi rationem Antiquissimi tùm impressi, tùm manuscripti Hebræorum Codices Vaticani, in quibus passim hoc nomen Dei יהוה tribus hisce apicibus scriptum reperias. Qua quidem scribendi ratione nil aliud denotabant, nisi Sacrosanctæ Trinitatis mysteriũ, trina nominis יה *iah* repetitione implicitè indicatum. Vt vel hinc appareat, Sacerdotes summos solennem olim populo daturos benedictionem, tribus medijs digitis dextræ manus extensis veluti tribus ,,, Iod, hoc nomen, teste perplexorum doctore Rambam non sine causa mysticè expressisse: erat enim illa typus quidam benedictionis per Patrem, & Filium & Spiritum sanctum in lege gratię dandæ fidelibus: Certè per hoc nomen tribus quoq; digitis eleuatis, (vel vt alij sẽtiũt vno digito, in quo 3 inter nodia 3 Iod exprimebant, extenso)

iu-

iuramentum veteres præstitisse apud varios cõperio. & in hunc diem non in Græca tãtùm Ecclesia, sed & Latina multis in locis adhuc moris esse intelligo; etsi moderni Hebræi in odium Sanctæ fidei nostræ vno omisso Iod, plerunque duobus tantùm id effigient, vt sequitur יי. Sed de huiusmodi apicibus nominis Dei, eiusque origine & mysterijs, consule R. Abraham Picol libro de exposítione תגים hoc est apicum; linea quæ sequentibus verbis incipit.

והנה אני מעורדך על ענין סוד זה הסימן הגדול משבעה אותיות

Ecce doceo te quid secreti contineatur in signo magno literarum, vbi præclara quæuis de eo tradit & Sacram Triadem eo signari doctè demõstrat. Itaque clarè patet, hos 3 apices mysticos esse יהי, & aliud non significare nisi nomen Dei. יהי יהי יהי *Iah Iah Iah.* ex hisce verbis Exodi. 3. v: 14.

אהיה שלחני אליכם אהיה אשר אהיה פה תאמר אהיה

hoc est, *Ego sum qui sum, qui est misit me ad vos* extractum: quasi per tertiò repetitũ אהיה manifestè diceret אני יה יהוה Ego sum ille Deus, ego ille Deus, sic dices יהוה qui est Deus ipse misit me ad vos. vt ex citati Rabbini verbis, patet, & pulchrè declarat Archãgelus Burgus. in Cabalisticis dogmatis fol. 152. & l. 2. de declaratione nominis Iesu. Tres igitur apices hosce idẽ esse cũ

Ehieh

nomine Dei יהוה ex sequentibus clarè liquebit.

In reuelatore arcanorum.

Sicut enim nomen Dei Τετραγράμματον, יהוה teste R. Hakkadosch, Deum generãtem, & per consequẽs trinũ denotat, eo modo, vt per י principiũ seu prima persona Patris; per ה filius, secunda; per ו *vau*, deniq; nexus, seu vinculũ aut amor, videlicet Spiritus sanctus per duo vero ה *he* duplex respectus secundæ personæ producti scilicet, & producẽtis, vel etiam naturarum in Christo δυας designatur; ita, inquam, per 3 hosce apices, quorum vnusquisque circulo gaudet, 3 personas diuinas, seu hypostases coæternas, & consubstantiales, Patrem videlicet per primum; filium per secundũ, (qui & cùm medius sit, non sine causa duobus circulis cõstat, vt videlicet duplex paulò ante memoratus in secunda persona respectus, vel δυας naturarum in Christo, diuina videlicet & humana designaretur.) per tertium denique apicem Spiritum sanctum, hunc Scriptorem indicasse verisimile est. Certè Galatinus dicta adeò clarè demonstrat, vt meas in hoc nomine exponendo partes assumpsisse videatur. ita enim l. 2. c. 10. fol: 49. & 50. differit. *Literæ itaque nominis Dei* יהוה *quo ad numerum sunt 4, vnde &* Τετραγράμματον *dicitur. In veritate tamen non sunt nisi 3. scilicet* יהו. *Tres igitur huius nominis literæ 3 diuinas designãt hypostases. prima quidem י quæ principium interpretatur, eò quòd omnium aliarum*

prin-

principium sit; cùm ab ea vnaquæque originem scripturæ habeat, ipsaque à nulla originem sumat, rectè Patrem in diuinis insinuat; qui cùm à nullo sit; aliæque personæ ab eo emanent, principium sine principio dicitur. secunda verò scilicet ה, quæ esse vel viuere significat, filiũ aptissimè innuit, per quẽ omnia facta sunt, & esse cæperunt, & quicquid factũ est, in ipso vita erat. Tertia autem, scilicet ו, quæ copulatiuam particulam, &, denotat, Spiritum sanctum optimè exprimit, qui cùm sit amor Patris & filij, quo se vicissim amant, rectè scilicet nexus vtriusque nuncupatur. ה verò geminatur ad insinuandum, solum filium, qui secunda est in Trinitate persona, duplicẽ habere respectum. Nam Pater cùm sit tantùm producens & non productus; vnum etiam duntaxat quo ad hoc respectum habet; Filius autem cùm productus sit, & producens; duos habet respectus: Nam & à Patre producitur, & vnà cum Patre producit Spiritum sanctum. Quamobrem in antiquis Hebræorũ Codicibus hoc nomẽ Τετραγράμματον per 3 Iod literas scriptũ reperitur, quæ & circulo clauduntur, & eis punctus Camez supponitur hoc modo. in quo duo insinuantur arcana, quorum primum est, quia Iod idem est quod principium; et si igitur principium in operibus Trinitatis intrinsecis soli Patri conueniat, in operationibus tamen extrinsecis, tribus personis commune est. tria igitur ״׳ tres sunt hypostases, vnica verò Camez tribus Iod

sub-

ſuppoſita, diuina natura eſt, quæ vnicuique hypoſtaſi, tota impartibiliter communicatur: circulus autem quo tria Iod includuntur, eſt ipſa naturæ identitas. qua ſimul ipſæ diuinæ hypoſtaſes tãquam vnicum principium, & vna prima cauſa, ad omnium actiones cõcurrũt. Alterum arcanum eſt, quod 3 Iod æqualia trium perſonarum æqualitatem ſignificant. Hactenus Galatinus; Ex quibus etiam patet, cur reliquis literis huius ſcripturæ pleriſq; partim 2 partim 3 circuli inſcripti ſint. Certè ad nil aliud meo iudicio, niſi vel ad myſteriũ incarnationis, vel duas in Chriſto naturas, aut ad 3 hypoſtaſes diuinas indicãdas. Forſan per vocis מ, עלמתא hoc loco clauſum, & duobus circulis ſignatum, ad myſterioſum illud לסרבה המשרה hoc eſt, *multiplicabitur imperiũ eius*, Iſa: 9. Scriptor alludit. Eſt enim hoc loco ם medium præter naturam clauſum. & in ſacris literis nunquam alibi reperitur. Certè plerique commentatores in hunc locum portam illam Orientalem myſticam videlicet illibatam Deiparæ virginitatem, intelligunt. Præterea & duas filiationes in Chriſto, nomen item B. Virginis, מרים: Tempus denique annorum à prophetia huius vſque ad aduentum Meſſiæ, ſcrutinio admodũ ſubtili eruunt. Sed de his vide Galatin: l. 7. c. 13. Hoc vnum addam, omnes ductus harum literarum myſticos eſſe, & myſterijs ingentibus refertos. quæ tamen ſagaci Lecto-

Lemarbeh hãmiſchra.

Miriam

ctori vlteriùs inueſtiganda relinquo. Alterum vocabulum עלמתא *almatha* idem ſignificat ac Virginem; quam eodem nomine Hebræi עלמה, Syri, ܥܠܡܬܐ *Aleimtha*, Chaldæi ſiue Babylonij אַלְמְתָא *Almatha*, ſine Iod in medio, hoc eſt, *Virginem iuuenculam & abſconditam* appellant. Vt ex lexicis eorum patet. Nota hoc loco; primam & vltimam literam huius vocis ad Syrorum literas ܐ *Aiu* & ܥ *Olaph* proximè accedere, atque ſic vulgò has literas veteres Hebræos expreſſiſſe Abram Balmis l. מקנה fol. 6. lin. 15. docet, & antiquum Hebræorum Syrorumque Alphabetum apud Claudium Duretum l. de linguarum origine in fine peculiari folio impreſſum luculenter demonſtrat. Reliqui verò characteres למת ad Hebraicarum literarum formam propiùs accedere cuiuis perito facilè patebit. Vnde colligo hos characteres antiquos Hebræorum eſſe, & hanc ſcripturam ante inuentionem punctorum vocaliũ inciſam; imò Syras, Arabicas, Samaritanaſq; quicquid alij dicãt, aliunde nõprofluxiſſe, niſi ex ãtiquo hoc charactere; ſuo loco oſtẽdã. nũc hæc tãtùm indicaſſe ſufficiat. Tertia vox ſequẽtia verba in ſe concludit μονογραμματικῶς inſerta יבטן ותבטן בן hoc eſt, *concipere faciet, & pariet filium*, quorum primum futuri temporis, 3 perſ: maſcul: in Aphil אבטן *concipere facere ſeu grauidam reddere*; alterum fut: temp: perſ: fæmin: à

Del'origine des lãgues de ceſt vniuers.

ver-

verbo ܒܛܢ *bten* (vel à nomine Chaldæo בטנא aut Hebræo בטן, quod *ventrem* ſignificat, diductum) idem quod *fætum ex ventre producere, ſeu parere*, ſignificat. ita Fabricius Boderianus in ſuo Lexico Syro-Chaldaico voce ܒܛܢ docet, quẽ conſule. Non ignoro verbum Syriacum ܒܛܢ, magis concipere, quàm, parere ſignificare. Targumica tamen phraſi idem eſſe, ac parere, multa loca apud Ionathan & Onkelos paraphraſtas Chaldæos, docent, quæ vide citato Lexici loco.

Atque ex his omnibus tandem cõcludo. Hanc Scripturã antiquiſſimã eſſe, & multis ante Chriſti aduẽtum ſæculis (quod tùm phraſis, characteres, eorumq; profunda vetuſtiſſimaque in rupe inciſio, tùm ſcripturæ ipſius non factum; ſed futurum Virginis partum apertè indigitãtis ſenſus; traditio deniq; Indigenarũ indubitatè monſtrat) vel à Propheta, vel ab alio quopiã viro ſingulari vt ad illud Eſaiæ והנה העלמה הורה וילד בן *Ecce Virgo concipiet*, alluderet, inciſam. Atque hanc ſcripturã ante Chriſti aduentum exaratã fuiſſe, libenter hìc demonſtrarem, verùm cùm hæc materia plura & maiora, quàm vt prodromus iſte ferre poſſit, ſupponat, Oedipo eam commodiùs reſeruaui: vbi & hãc ſcripturam penitiùs diſcutiemus. Secundò, hanc ſcripturam eodem in loco inciſam eſſe, in quo Deus Moyſi olim in Rubo incõbuſto apparens oretenus locutus dicitur, & in

Iſa: 7. v: 14.

quo

quo primùm nomen ſuum admirabile, de quo in præcedentibus diximus, Moyſi, vt per id omnia mirabilia perpetraret, reuelauit. hoc autem ad radicem montis Oreb contigiſſe ſacra pagina docet, c. 2. Exodi. *Moyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui Sacerdotis Madian, cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad mõtẽ Dei Oreb; apparuitq; ei Dominus in flãma ignis, de medio Rubi, & videbat quod rubus arderet, & non comburetur.* Quæ loci deſcriptio, exactè quadrat, loco, in quo memorata ſcriptura, teſte P. Thoma, inciſa dicitur. Ex quo etiam apparet, quo fine harum exarator literarum rubo huic dictam inſcripſerit ſentẽtiam. Cùm enim primam hoc loco redemptionis humanæ delineationẽ τυπικῶς adumbratã fuiſſe cognoſceret; altiſſima prætereà vti ſub nomine Dei אהיה aut יהוה hoc loco Moyſi primùm manifeſtato, ita & ſub rubo incombuſto abſcondita conſideraret; prophetico imbutum Spiritu, ea claris quidem verbis; ſed myſtica quadam & intricata ſcribendi ratione tectis, vt ad dicta myſteria alluderet, incidere voluiſſe; quaſi ſub pauculis hiſce verbis totum hunc ſequentem ſenſum implicitè contentum indicare voluerit. *Deus qui hoc loco Moyſi in rubo incõbuſto apparens, ſeipſum ei reuelando dixit* אהיה אשר אהיה *Ego ſum qui ſum Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob; ille nouiſſimis temporibus*

Hæc Scriptura inciſa fuit ea in rupe, in qua Moyſes rubũ quõdam vidit incombuſtum.

Virginem, cuius rubus incombustus hoc loco visus, typus quidam erat, concipere faciet, & illa pariet filium Iesum Messiam qui saluũ faciet populum suũ à peccatis eorum. Non defuerunt hoc loco, qui viso & examinato hoc corollario, senserint ab ipso Moyse fortassis hãc scripturã, eo in loco vbi dux populi Dei primò declaratus fuerat, & in quo sub visione hac grãdi rubi incombusti mysteria redemptionis humanæ cognorat, vt ad ea alludere, incisam. Quicquid sit ex hac scriptura duo maxima & præcipua Christianæ Religionis mysteria colligũtur. videlicet SS. Trinitatis & incarnationis, illud quidem, per mysticum Dei nomen de quo suprà. hoc, per rubum incombustum. Quid enim aliud rubus iste incõbustus indicat, nisi Beatissimam illam Virginem, Dei matrem, quæ sine vllo carnalis concupiscentiæ ardore, Iesum verum Messiam & humani generis Seruatorem, conceptum; inuiolato pudoris claustro mundo miro modo peperit. Atque hæc sunt quæ de hac scriptura dicẽda existimaui. in qua si quicquam pręstitiisse videbor, D.O.M. eiusq; Sãctissimæ matri id acceptum velim. Ego certè, partim ex summo, quo erga hanc Virginem Deiparam feror, affectu; partim ingentibus mysterijs sub hac scriptura reconditis, alijsque emolumentis, quę suo tempore Ecclesiæ sanctæ hanc interpretationem adferre posse videbam, motus, eam po-

Maxima christianæ Religionis mysteria sub scriptura hac latent.

posteritati per Prodromum hunc promulgatam inuidere nolui.

Porrò plures antiquo charactere Hebraico in deserto Sin rupibus incisas, mihi supra allegatus Pater obtulit, quarum aliæ locum 70 palmarum, & collectionis mannæ; aliæ locum confractionis tabularum Mosaicarum, aliæ alia indicant, quas absque vllo ferè labore primo intuitu solutas libenter hìc proponerem, nisi Oedipo nostro eas reseruassem; Huius itaque sacri hieroglyphici expositione præmissa, nil restat, nisi vt ad profani quoque hieroglyphici interpretationis specimen quoddam exhibendum nos accingamus.

CAPVT VLTIMVM.

Vtrum vulgares AEgyptiorum characteres & Nomina, Hieroglyphicis inserta reperiantur.

SOlent ij, qui in paupere Domo conuiuium instruunt, caput cenæ plerunq; in extremos missus reseruare, ita prorsus mihi accidisse videtur; prę missis enim ijs, quæ de lingua Copta, siue AEgyptiaca pro ingenij suppellectilisq; tenuitate dicenda videbantur, præcipuam Prodromi nostri partem consultò huc reseruare visum est; vt

circa hanc materiam vti difficilem, ignotam,& à nemine pertractatam,ita raram,ſterilem, & infæcundam oborta Lectori tædia, hac ratiocinatione haud forſan ingrata, veluti vltimo miſſu, eoque (niſi mea me fallit opinio) haud inſipido attemperarem. Quæritur itaque; vtrum veteres AEgyptiorum Hieromanthæ vulgaris linguæ characteres,& nomina,hieroglyphicis notis inſerere ſint ſoliti? Hæreo; cùm qui de propoſita quæſtione è claſſicis Authoribus quicquam tradiderit,reperiam neminem,pleriſque AEgyptios veteres præter ſacras literas alias prorſus habuiſſe nullas opinantibus. iuxta illud Luc: l. 3.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & ſaxis tantùm volucreſque feraſque
Sculptaque ſeruabat, magicas animalia linguas.

Quam quidem erroneam opinionem inde ortam exiſtimo, quod, quamnam priſci AEgyptij vernaculam, quamnam communem ſcribẽdi rationem, quam denique habuerint,inter characteres vulgares & ſacros differentiam, ignorarint. Verùm nos adhibito exacto dictæ difficultatis ſcrutinio, frequentique ſingulorum characterum ad inuicem comparatione, rem paulò ſcrupuloſiùs ponderantes, eam multò aliter ſeſe habere comperimus. Attamen vt circa argumẽtum adeò nouum, inſolens,&, παράδοξον, aliquid certi ſtatuatur, veritaſque opinionis noſtræ luculen-

lentius demonſtretur, de literis & ſcripturis Veterum AEgyptiorum, quædam breuiter, & non niſi ex mente aliorum prælibare viſum eſt. Nota itaque tres apud AEgyptios characterum ſpecies vſitatas fuiſſe, videlicet ἐπιστολογραφικὴν, ἱερατικὴν, & ἱερογλυφικὴν; de quibus Clemens Alexandrinus l. 5. ſtrom: his verbis. Αὐτίκα οἱ παρ' Αἰγυπτίοις παιδευόμενοι πρῶτον μὲν πάντων τὴν Αἰγυπτίων γραμμάτων μέθοδον ἐκμανθάνουσιν, τὴν ἐπιστολογραφικὴν καλουμένην. δεύτερον δὲ τὴν ἱερατικὴν ἣν χρῶνται οἱ ἱερογραμματεῖς. ὑστάτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν ἱερογλυφικὴν, ἧς ἡ μὲν ἔστι διὰ τῶν πρώτων στοιχείων κυριολογική. ἡ δὲ συμβολική. τῆς δὲ συμβολικῆς, ἡ μὲν κυριολογεῖται μίμησιν. ἡ δ' ὥσπερ τροπικῶς γράφει. ἡ δὲ αἰτιρεῖς ἀλληγορεῖται κατά τινας αἰνίγμους. ἥλιον γὰρ ὅταν γράψαι βουλόμενοι, κύκλον ποιοῦσι, σελήνην δὲ σχῆμα μηνοειδὲς. &c.

Apud AEgyptios triplex literarum genus.

Qui ab AEgyptijs inſtituuntur, primùm quidem omnium eam AEgyptiarum literarum viam & rationem addiſcunt, quam ἐπιστολογραφικὴν *vocant.* videlicet, qua tunc temporis, vtpote toti AEgypto communi, in literis vulgari lingua conſcribendis, paſſim vtebantur, quam quidem aliam non fuiſſe, quàm Coptam è ſequentibus patebit. *Secundam autem* ἱερατικὴν *ſeu Sacerdotalem, qua vtuntur* οἱ ἱερογραμματεῖς, *ſcilicet ij, qui de rebus ſacris ſcribunt.* Hoc eſt, qui arcana Theologiæ aut philoſophiæ ſuæ myſteria, arcano quodam characterum, è varijs formis ſimilitudinibuſque rerum naturalium, artificialiumque figuris à ſapientibus AEgypti, inſtitutorum genere conſignabant

ἐπιστολογραφικὴ

Epiſtolaris ſcriptura alia non erat quàm Copta.

ἱερατικὴ *ſeu Sacerdotalis.*

bant; cuiuſmodi minutum illum characterem, quem mumijs, Canopis, Iſiacis ſtatuis, ac hieroglyphicis ſchematiſmis in Bembina tabula appictum videmus, fuiſſe, alibi demonſtrabimus, quē & ego ob dictas rationes aliter vocare non ſoleo, niſi characterem hieroglyphicum currentem, non enim ab hieroglyphicis differre videtur, niſi, quod ille proprius eſſet τῶν ἱερογραμματέων, quorum officium erat, ea quæ ob artis defectum pingere nequirent, minutiori charactere & ad ſcribendum aptiori exprimere; hic verò τῶν ἱερογλύφων, quorum erat ſacra ſymbolorum ſchemata maiora ſaxis & lapidibus iuxta artis ſculptoriæ regulas incidere. Non deſunt tamen, qui hanc ſcripturam Sacerdotalem ex myſticis certi cuiuſdam alphabeti figuris conflatam aſſerant, cuiuſmodi in appendice diuerſarum linguarū introductionis ſuæ in ling: Orient: Ambroſius Theſeus adducit, verùm cùm nulla inter hieroglyphicorum monumenta huius alphabeti veſtigia reperiam, meritò cæteris id ſuppoſititijs annumerandum cenſeo. Etſi, eos præter communes literas, quarum apices myſterijs non omninò carebant, aliud myſticum quoddam alphabetū quoque habuiſſe certum ſit, & in Oedipo abundè demonſtretur. *Vltimam autem* ſcripturæ ſpeciē, ἱερογλυφικὴν, *id eſt ſacram, quæ inſculpitur ſcripturā, cuius vna quidem eſt per prima elementa* κυριολογικὴ

Hierogrāmatei & Hieroglyphi quomodo diſtinguātur

Ιερογλυφικὴ Δηρίεκ.

id

id est propriè loquens ; siue quæ res per consimiles characteres exprimit . altera verò symbolica, id est per signa significans ; symbolicæ autem vna quidem propriè loquitur per imitationem, alia verò scribitur veluti tropicè , alia verò apertè sumitur allegoricè per quædam ænigmata . Qui Solem itaque volunt scribere, faciunt circulum. Lunam autem , figuram Lunæ cornuum formam præseferentem, conuenienter ei formæ quæ propriè dicitur. Tropica siue translatitia est, quæ varias diuersarum rerum, præsertim animalium formas, figurasque transfert, ad significandum vel Deorum, vel aliarum rerum ad diuinum cultum spectantium dignitates, & mysteria ; ita Ibide & Accipitre Scarabæoformi indicant hieroglyphicè à Sole Lunam pulchritudinem suam participare , nempè lucem , quæ diuinæ pulchritudinis imago quædam est, & per Accipitrem innuitur; sicuti Sol & Luna per Scarabæum & Ibim . His igitur præmissis , & veluti præsuppositis dico , hieroglyphicis non sacros tantùm , aut eos quos κυριολογικὰς seu ἐφατικὰς vocant; sed & vulgaris linguæ Coptæ characteres nominaque inserta esse ; dogma multis antehac non παράδοξον tãtùm; sed & quibusdam etiã, quod amplius , prorsus ἀδύνατον . Verùm dicta exemplis declaremus.

Κυριολογικὴ.

Τροπικὴ

Nemini iguotum esse arbitror ; celeberrimũ illud antiquitatis monumẽtum hieroglyphicum,

quod

Tabula Bembina

quod Tabulam Bembinam, ab Ampliſſimo Cardinale Petro Bembo, (in cuius manus Pauli III. Pont:Max: munere primùm incidit,) vulgò vocant. In huius itaq; Tabulæ à diuerſis poſtmodum æri inciſæ, inferiori limbo, ſecũdo loco hieroglyphicum ſchema, monſtri ſub Scarabæi indumento humanam faciem mentientis ſimilitudine effigiatũ occurrit. Cuius capiti Lunæ creſcẽtis ſpecies imminẽs cornibus in ſe cõuerſis figuram exprimit circuli, è cuius centro character in crucis ſimilitudinẽ diffuſus, neſcio quid myſterioſum indigitat. Cõtinet prętereà Scarabęus ille ἀνθρωπόμορφος chelarum deductarum intercapedine, concluſam Tabellam quandam veluti ſcriptoriam, ſeu pugillares, quibus antiquo Copto

Hieroglycum ſchema.



charactere hoc nomẽ exaratum reperio, ΦΥΛΟ, quod antiqua AEgyptiaca lingua ſeu Copta nihil

hil aliud, quàm amorem ſignificare, & hieroglyphici ſchematis cõtextus, & dictionariũ noſtrum Copto-arabicum in Scala nominum in O deſinentium, clarè teſtatur, vbi ⲫⲩⲗⲟ idem quod محبة* id eſt amorem Author explicat. cui Græca vtpote ab eo deriuata vocabula, φιλεῖν, φίλος, φιλία, admodum affinia ſunt. Etſi autem primus character, vel negligentia ſculptorum, aut vetuſtate tẽporum obliteratus, ita clarè expreſſus non videatur, illum tamen Φ Coptum eſſe, tùm exemplar AEneæ Vici iuxta prototypon ipſum Bembinũ immediatè ſumma cura adumbratum, in quo memoratus character perfectiùs quàm in exemplari Herwartiano eluceſcit; tùm reliqui ſequẽtes characteres ⲩⲗⲟ, quos eoſdẽ in omnibus exemplaribus reperio, apertè demonſtrant. Hanc autem in tabella expreſſam ſcripturam verè Coptam eſſe, atque ipſam eandem, quam ἐπιστολογραφικὴν Clemens vocat, ſeu qua in AEgypto vulgò quondam vtebantur; duo potiſſimùm me ad id indubitanter ſentiendum inducunt; Primum eſt, ſumma dictorum characterum ad Coptos hoc tempore ſuperſtites affinitas. Alterum eſt non hoc loco tantùm, ſed & in cæteris quoque AEgyptiorum monumentis, ſimilia nomina quædam Copto charactere exarata hieroglyphicis inſerta commiſtaque reperiri, quod neſcio an ab aliquo hucuſque ſit notatum; veriſſimum tamen eſt, vt

Mahhabeth.

ⲫⲩⲗⲟ

Copta vox eſt.

ex sequẽtibus patebit. Sunt in domo Petri à Valle, quem supra laudauimus duæ mumiæ, hoc est corpora humana ab immemorabili tempore varia vnguentorum atque aromatum cõmistione condita, مومی *mumi* à Persis dicta. Has ipse propria manu, dum AEgyptum lustraret, è Pyramidum ruinis eruta Romam secum aduexit; in vnius horum masculi videlicet inuolucro, cæteris hieroglyphicis symbolis commistam quoq; videmus, hanc clarissimè expressam vocem Coptam Ⲥⲩⲧⲩⲭⲓ, quam idem significare, ac *prosperetur*, & dictionarium nostrum Coptum docet, & ex inscriptione c. 7. allegata, vbi idem vocabulum occurrit, patet. Characteres quoque ijs, quos suprà è tabula Bembina eruimus, præsertim V nequaquam dissimiles sunt. Vti manifestum vnum cũ altero comparanti fiet. vbi & illud nota. ⲩ psilon Coptum olim omninò simile fuisse V latino, cuius & pronunciationem affectat. Prætereà in variarũ antiquitatum officina Petri Stephanoni Ciuis Romani AEgyptiacum numisma est, in cuius vtraque superficie characteres varij inciſi conspiciuntur; qui quidem alij non sunt quàm AEgyptij, atque ex eorum, quos paulò ante produximus, numero. Figura numismatis impressa vnà cum characteribus sequitur.

Mumia quid perficè.

Ⲥⲩⲧⲩⲭⲓ vox Copta inter hieroglyphica scripta reperitur.

Hoc

Hoc autem AEgyptiacum monumentum esse, præter hieroglyphica ei adiuncta, in eo quo-

Phylacterium contra nocu

AEgyptiorum cnta ignis.

AEgyptiacum numisma.

que Canopi Ignis victoris repræsentata historia satis demonstrat. quæ, teste Suida, & Ruffino, ita sese habet. Olim vt fama fert, Chaldæi suum Deum, qui est ignis, magnificis verbis extollentes, passim circũferebant, vt cum omnibus Prouinciarum Dijs compararetur, & vt ille, qui cæteros vicisset, ab omnibus iudicaretur Deus. Cæterarum autem Prouinciarum & nationum Dij, quod ex ære, vel argento, ligno, aut lapide, vel alia huiusmodi materia confecti, & in tẽplo, lociſque sacris essent collocati, & huiusmodi materia facilè ab igne consumeretur, necesse erat, vt vbique ignis semper vinceret; hoc audito Canopi Sacerdos, quoddam huiusmodi callidum consilium inijt; In varijs AEgypti partibus ficti-

les hydriæ minutis, & continuis foraminibus interpunctæ fieri solebant; vt per illa foramina aqua turbida percolata, pura redderetur & lîpida Canopi Sacerdos cùm harũ vnam accepisset, & illa foramina obturasset cera, & varijs coloribus depinxisset, in Græco est καὶ διαφόροις ζωγραφήσας χρώμασι, hoc est, varijs animalium hieroglyphicis figuris, coloribusque delineatis, aqua repletum, vt Deum collocauit; cumque veteris statuæ caput amputasset, quæ Menelai cuiusdam Gubernatoris fuisse dicebatur, id illi suæ nouæ statuæ imponens accuratè accommodauit. Aduenerunt posteà Chaldæi: accensus est ignis, & cera qua obturata erant illa foramina liquescebat; Hydria autem sudante & aquam eijciente per foramina, ignis extinguebatur. Hac igitur calliditate & versutia, Canopus victor Chaldæorũ declaratus est, & ab eo tempore vt Deus colitur. Atque hãc quidẽ historiam exactè refert numismatis paulò ante propositi figura; quam AEgyptij postmodum more suo in omne superstitionis genus præcipites, iuxta relatæ historiæ seriem in certa materie effingentes, inter sacra symbola collocarunt. eoque phylacterij loco postmodum illos contra ignis flammarumque violentiam vsos, παρὰλφα seu παράγραμμον à latere ei adiunctum, abundè docet; hoc enim eò quòd hanc vocem Græcam ΥΓΕΙΑ quod salutem significat variò

Historia & origo Canopi.

Symbolum salutis.

situ

ſitu referat, proſperitatis ſymbolũ apud AEgyptios fuiſſe, tritum eſt ex hiſtoria Antiochi Soteris, qui contra Galatas decertaturus, huius ſymboli vexillis impoſiti ſubſidio, de quo faciendo in ſomno monitus fuerat, inſignem victoriam reportaſſe fertur. Quadratum autem ex altera parte nihil aliud quàm μονόγραμμα nominis Kanub hoc eſt Canopi eſſe oſtendunt literæ Ⲕⲁⲛⲱⲃ, quæ omnes in dicto monogrammate continentur. Et ratio ſcribendi fuit AEgyptijs propria, vt alibi dicetur. Atque hiſce duobus ſymbolis Canopi Numinis contra ignis flammarumque nocumenta prophylacticam imaginem adhibendam eſſe, ἱερογλυφικῶς, ſignificarunt. Literas verò ſingulis vaſis canalibus appoſitas Coptas eſſe, alia quidẽ ad id probãdũ authoritate opus eſſe non arbitror, niſi parallela quadã dictorũ characterũ inter ſe facta cõparatione, quã Lectori relinquo ex hac tabula iudicandam.

Monogrãma Canopi.

AEgypt:	Copt:	AEgypt:	Copt:
ⲥ	ⲥ	ⲁ	ⲁ
ⲛ	ⲛ	ⲇ	ⲇ
ⲥ	ⲥ	ⲙ	ⲙ
ⲃ	ⲃ	ⲕ	ⲕ
ⲟ	ⲟ	ⲍ	ⲍ

Ve-

Verùm cùm hæ literæ initiales verborum ſint, ac proinde peculiarem vtentium mentem ac ſenſum reſpiciant, eas hucuſque, vtpote extra humanæ cognitionis limites longè conſtitutas, quid ſibi velint, inueſtigare non licuit; ſi tamen augurari liceat, dicerem eos eſſe, qui myſteriosum quendam numerũ in ſe continerent effectus & operationes Canopi connotantem; Verùm de his fuſior dabitur in Oedipo dicendi materia; ſufficiat interim, has literas Coptas eſſe, demonſtraſſe. Scio futuros quoſdam, qui dum hæc legẽt, haſce literas cum Epheſijs, aut etiam ijs, quibus in amuletis ſuis Gnoſtici portentoſa illa nomina ΑΒΡΑΣΑΞ, CΕΒΑΩ, ΙΑΩ &c. exarare ſolebãt, confuſuri, huiuſmodi inſcriptiones Græcorum, non AEgyptiorum figmenta dicent. Verùm hoſce manifeſtè redarguent monumenta hieroglyphica, quibus huiuſmodi literas paſſim inſertas videmus, vt in obeliſco Lateranenſi col: 2. ſch: 3. in inferiori quoque limbo tabulæ Bembinæ inter nauem Oſiridis, & Androſphyngem. in hieroglyphica denique Iſiacæ ſtatuæ in Theſauro hieroglyphico num: 62. notata inſcriptione: ex horum quoque numero ſunt literæ Amuleti AEgyptiaci, quas ex Theſauro hieroglyphicorum figura 61. depromptas hic inſerere libuit.

Gnoſtici Hæretici.

Quod

Quod quidē amuletū etsi Gnosticorū appareat, AEgyptiacum tamen esse, literæ Coptæ, quibus



inter hieroglyphica similes passim, vti dictum est, reperiuntur, clarè ostendunt: accedit quod Gnostici nihil non ab AEgyptijs desumpserint. Tempus me deficeret, si omnia huius materiæ propria hìc coaceruare vellem, quare qui plura desiderabit, Oedipum nostrum consulet, vbi fusius de his tractabitur.

Monogrāmis AEgyptij vsi sūt inter hieroglyphica.

Porrò priscos AEgyptios huiusmodi monogrammis, ac mysticis characterum apicibus non secus ac Hebræos, à quibus id forsitan edocti sunt, vsos esse, præter eos, de quibus paulò antè diximus characteres, quam plurimi alij obeliscis cæterisque AEgyptiorum monumentis hinc inde inserti luculēter ostendunt; è quorum numero hoc quoque μονόγραμμον compositum, in nullo non A ex Δ & A obelisco frequentissimum AEgyptiacarum vocum Αγ& ΘΕΟC ΑΓΑΘΟΝ quibus bonū Geniū Deltæ Nili seu AEgypti signant, index; cum præter dictarum vocum capitales literas, eius quoque AEgypti

Character A monogramma Agathodæmonis

pti portionis figuram, quam Δ passim vocant, clarè dictum μονόγραμμον exprimat. Atque hanc rem ita sese habere apertissimè docent hieroglyphica Simulacra Osiridis, Isidis, Anubidis, Ammonis, plerisque in obeliscis obuia, quorum manibus hunc characterem vel gestari, vel à latere ijs apponi passim reperias; vbicunque igitur hãc notam repereris, illa Agathodæmonem AEgypti signari noueris; Rem exemplo manifestam facio; Obuia fit passim in obeliscis sacra quædam imaginis ἱερακομόρφου sculptura cum charactere A, ei à latere adiuncto, qua quidem nihil aliud significare volunt quàm Osiridem, seu Solem lucis & caloris fontem Genium AEgypti, ita quidem, vt per Accipitris fulgentissimos oculos, & calorem, quo abundat, naturalem, teste Porphyrio, lucem & calorem Solis, per A verò Genium AEgypti bonum ἱερογλυφικῶς præfigurando indicent. Analysim schematis vnà cum methodo eam legendi subiungendam duxi.

Quid accipitris oculi hieroglyphicè.

Diuus

Osiris, id est, Sol fons lucis, & caloris.

ΑΓΑΘΟC ΔΕΜΩΝ *eu bonus Genius AEgypti.*

Con-

Confirmat hæc egregiè μονόγραμμον aliud figuræ 38 Thesauri hieroglyphici insertum, vbi è dextro Anubidis Crocodilo insistentis latere Ammonis arietino capiti hic character subiunctus, nil aliud significat nisi has voces Coptas ⲁⲙⲙⲱⲛ ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲇⲉⲙⲱⲛ. Ammon Bonus Genius Deltæ Nili, seu AEgypti; cùm omnes literæ vocis ⲁⲙⲙⲱⲛ in eo expressæ cernantur. Vnde non sine ratione Asterismum deltoton super caput Arietis, cui subiectam credebant AEgyptum, veteres Astrologi posuerunt. Verùm ne quicquam proprio ingenio confixisse, aut etiam vaga quadam coniectura affirmasse videamur, modò rationes singulorum dicemus, vbi tamen priùs dictorum characterum monogrãmorum institutionem, primamque originem recensuerimus. Ferunt prisci AEgyptiacarum rerum Scriptores Herodotus, Diodorus, Strabo, alijque, hanc inferiorem AEgypti partem mari olim tectam fuisse; Osiridem autẽ primum AEgypti Regem (quidam Herculem, alij Mercurium fuisse tradũt; sed perinde est, cùm vterq; cum Osiride passim confundatur) cum ex ingenti limi arenarumq; ex AEthiopia aduectarum coaceruatione Nili defluxu facta, hunc maris sinum nescio quid terreste parturire cerneret; Nili aquis in alueos certos diductis, terram intermediam ab aquis separatam, habitatoribus non aptam tantùm, sed &

Mono-grammum Ammonis

Cur triãgulum super caput Arietis ponatur.

Origo huius monogrammi A

iucundam reddidisse. ingenti verò serpentum è putrefacto limo natorum copia locum continuò infestum reddẽte, cùm multi quotidiè è serpentum morsibus, inter quos & Osiridis Nauclerus Canopus, perirent; magnam Osiridem vim Ibium hisce locis immisisse, qui deuoratis serpentibus, locum breui tempore expurgatum, à periculis immunẽ reddiderunt. Multiplicatis itaque Ibibus, cùm posteri notarent, dictas aues rostro, duorumque crurum diuaricatione eam figuram, quam Mercurius olim simili occasione inuentã, inter sacras iam notas primam posuerat, & quam terræ Nili aquis circumfusæ figura triquetra referret, exprimere; accedentibus multis alijs beneficijs ab Ibide collatis, eam Agathodæmona seu Genium AEgypti, è monogrammo illo quod pedibus effigiabat, appellare cœperunt. Atque ex eo tempore Ibis semper boni ominis auis habita, & in sacrorum Animalium album relata, in sui venerationem totam imposterum traxit AEgyptum; adeò quidem, vt locum ipsum, in quo primò comparuerunt Ibes, illud videlicet Nili brachium, quod Africam respicit & arenas Libiæ seu catabathmum, AEgypti alio nomine non appellarint, quàm Agathodæmona, quod & maiorum traditione edoctus Ptolemæus docet. Δέλτα μέγιστον ἐκεῖνο καλεῖται καθ' ὃ ἐκβέπεται ὁ μέγας ποταμὸς λεγόμενος Ἀγαθὸς Δαίμων. *Delta magnum,*

Ab Ibi inuenta litera.

Ibis à figura quæ pedibus exprimebat dicta Agathodæmon.

Brachium Nili dicitur Agathodæmõ

in-

inquit, *vocatur id iuxta quod diuertitur fluuius dictus Agathodæmon*. Porrò Ibin rostro diuaricatis cruribus transuersim inserto, figuram non absimilem Latino A, quam posteà Ibin dictam, primam literarum constituerit Mercurius, expressisse Plutarchus docet. Ἰβις δὲ ποιεῖ τῇ τῆς ποδῶν διαστάσῃ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὸ ῥίγχος ἰσόπλευρον τρίγωνον. *Ibis*, inquit, *pedum diuaricatione eorum inter se, & cum rostro comparatione triangulum repræsentat æquilaterum*. & l. 9. sympos: q. 3. Ἑρμῆς λέγεται θεῶν εὑρεῖν Αἰγύπτῳ γράμματα πρῶτος, διὸ καὶ τὸ τῆς γραμμάτων Αἰγύπτιοι πρῶτον Ἴβιν γράφουσιν ὡς Ἑρμῇ προσήκουσαν. *Mercurius primus Deorum in AEgypto traditur inuenisse literas, atque Ibin AEgyptij signum primam literam faciunt, veluti Mercurio conuenientem.* Quæ omnia clarius à Valeriano l. 17. hierogl. ſ de Ibi exponuntur his verbis. *Est alia*, inquit, *ratio cur AEgyptum hieroglyphicè significarent Ibes, nempe cum ea regio Delton à Δ Græcæ literæ figura nuncuparetur, eam cum Ibibus similitudinem habet, quod alites hæ literam eo incessu pedũ, interstitio ad æquales trianguli lineas diducto, signare videntur, idemque rostrum patefactum signat*. Et l. 47. de 7 literis. *Mercurium*, inquit, *qui primus literas AEgyptijs communicauit, Ibim primam literam esse voluisse, refert quidem ea in incessu triangularem effigiem, cruribus ita dispositis, vt suo loco dictũ est. & quæ prima apud nos & Græcos litera est, ad isoscelis trianguli faciẽ accõmodatur*. Atq; huc forsan

Plutarchus sympos: 5. & l. 9. sympos: q 5.

Pier: l. 17. hieroglyph: de Ibi

In exposit: Pab: in fine

respicere videtur gemma apud Pignoriam, in qua Mercurius κωνοπρόσωπος è regione Ibidis serpente diuaricatis cruribus circumuoluto perfe ctè literam A exprimentis, quasi eam hoc situ admirabundus data opera obseruaret, non sine mysterio effictus spectatur.

Ibis Litera prima à Mercurio inuenta.

Porrò Ibim non huius tantùm literæ, sed & complurium aliarum rerum inuentricem fuisse, atque eam ob causam locum inter 4 aureas literas, quas per compita platearum publica pompa quotannis circumferre consueuerunt, meruisse. Clemens l. 5. strom: tradit his verbis ἤδη δὲ καὶ ταῖς καλουμέναις παρ' αὐτοῖς κωμασίαις τῶν Θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο μὲν κυνᾶς, ἕνα δὲ ἱέρακα, καὶ Ἶβιν μίαν φερόντων, ἃ καλοῦσι τὰ τέσσαρα τῶν ἀγαλμάτων εἴδωλα τέσσαρα γράμματα, *Iam verò in ijs quæ ab alijs vocantur Deorum Comasiæ, aureas imagines Deorum, duos quidem canes, vnum accipitrem, & vnam Ibim circumferunt, & vocant 4 illa simulacra, 4 literas.* Et paulò post de Ibi ita dicit. ἀριθμὸν γὰρ ὀρνίων καὶ μέγεθος μάλιστα τῶν ζώων ἡ Ἶβις ἀρχὴν παρεχομένη τοῖς Αἰγυ-

Ibis vna è 4. literis

Clem: Alex:

Comasiæ Deorum Quid?

γυπίοις δοκεῖ ὡς τῷ κύκλων λοξὸς. *Numerum enim inuentionis & mensuræ maximè ex animantibus videtur præbuisse AEgyptijs, sicuti ex circulis obliquus.* Atque ex his omnibus ita probatis patet, hunc Ibiacum characterem A non sine mysticis rationibus Bonum Geniũ præfiguraſſe; cum enim, præterquam, quod ipsum nomen AEgyptiacum ΑγαθΟC ΔαιΜΟΝ perfecto monogrammo, sicuti Δ Niliacum exprimat, è Genialis quoq; volucris inceſſu ab ipso AEgypti Agathodæmone Mercurio primò inuentus fuerit, vt dictum est, certè congruentius ei symbolum nulla ratione conuenire poterat. Dicta autem poſtmodum hæc Ibiaca litera à Cadmo Alpha, eò quòd אלוף *Aluph* (ita enim lingua phœnicum quibus AEgyptias literas primus tradebat Cadmus, Bouem vocant) maximum AEgyptiorum Numen, eorumque veluti Dux & caput haberetur. quod indè ad Græcos, & hinc ad Romanos, & cæteras Nationes poſteà traductum, inter omnes populorum literas principatum tandem obtinuit; ita Plutarch: l. 9. Sympoſ: q. 3.

Ibiaca litera A à Cadmo cur Alpha dicta.

Plutarchus l: 9 Symp: q. 3.

Κάδμον, φασὶ, τὸ ἄλφα πάντων πρῶτον θέσθαι διὰ τὸ τοὺς Φοίνικας, οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν, ὃ δ' δεύτερον, οὐδὲ τρίτον (ὥσπερ Ησίοδος) ἀλλὰ πρῶτον τίθεσθαι τῷ ἀναγκαίων. *Cadmum ferunt ideò Alpha primam literam posuisse, quod* βοῦς *ita Phœnicum lingua dicitur, quem non secundum, aut tertium, vti Hesiodus, sed primum locum inter*

res

res necessarias existimant. Multa hoc loco mihi de alijs Coptis characteribus, vti Φ.Ϯ.Θ.Ш M.X.V.Λ. quæ passim inter sacras sculpturas reperiuntur, dicenda essent. Verùm quia ex parte de ijs dictum est, & in Oedipo nostro fusissimè veluti proprio loco de ijs tractaturi sumus, hìc ne Prodromo festinanti remoram obijcerem, longior esse nolui. Nil igitur restat nisi vt me sine mora ad aliquod hieroglyphicæ interpretationis specimen ostendendum accingam. Deus Optimus Maximus fortunet molimina.

Specimen Hieroglyphicæ Interpretationis in sequenti Schemate exhibendum.

CVm occasione Coptarum literarum, in hoc hieroglyphicũ schema inciderimus, extra propositum scopum nequaquam me collineaturum existimaui; si id, quod vnicè multi desiderabunt, in curiosi Lectoris gratiam videlicet hieroglyphicæ explanationis specimen quoddã hoc loco exhiberem, cùm, vt quantam & quam admirabilem rerum abstrusissimarum copiam & varietatem in Oedipo nostro proditurí simus, ex hac veluti minima eius particula Lectori patefieret; tùm etiam, vt quam in similiũ symbolorum, operumque secuturorum hieroglyphicis

eno-

enodationibus methodum essem seruaturus, hoc supramemorato hieroglyphico schemate ceu in prototypo quodam declararem. quod dum facio ad pleniorem singularum partium expositionem, Anatomicos imitaturus, totum hieroglphicũ corpus in suas partes, vt quid pars vnaquæque sibi velit, quæ mysteria alijs connexa indicet, quo fine denique à Sapientibus instituta sit, clariùs repræsentetur, dissoluam.

Sex itaq; distinctis symbolis, quorum vnumquodque insignium mysteriorum virtutumque maximarum index est, hic mysticus schematismus constituitur.

Quid per Scarabæũ

Primum horum Scarabęi corpus est, per quẽ, quod ad mundi figuram eius accedat fætus procreatio AEgyptij mundum, eiusque conuersiones ac motus siderum cœlorumque indigitare, vt posteà patebit, solebant. Alterum facies humana-

Quid per caput humanum

mana est ita corpori Scarabæi adaptata, vt vnum quid πολύμορφον cum eo constituere videatur, atque hoc symbolo Orum, seu Solem mundi mẽtem intellectu, & prudentia singula mundi gubernantem designabant. Tertium concentricos aliquot circulos continet, orbitarum cœlestium, totiusque mundi cyclicis rationibus constantis symbolum κυκλολογούμενον. Quarto loco cornuta Lunæ crescentis facies in circulum abiens occurrit, quæ innixa Solis symbolo Oro, phases Lunares, quas menstrua circumuolutione cum Sole efficit, signat. Quintò è centro Lunari circuli character in crucis similitudinem diffusus ponitur, quo 4 elementorum, prout Solis & Lunæ influxibus subsant, motus, arcana quadam naturæ similitudine exprimuntur. Sextò Tabella cum inscriptione vocis ΦΥΛΟ spectanda exhibetur, quo indicat has mundi partes conseruari nequaquam posse, nisi amore veluti totius vniuersi glutino quodam coaduniantur, qui amor iuxta eorum opinionem, cum aliunde quàm ab anima mundi, cuius amor affectio quædam est, non procedat, ideò Septimum symbolum apposuerunt, globum videlicet alatum, ex eius concauo serpentibus hinc inde prosilientibus, dictæ mundi animæ omnia permeantis, & vitali calore animantis symbolum. Analysi itaque totius hieroglyphici schematis proposita; nunc ne temerè,

Quid circuli

Quid Lunæ facies.

Quid character crucis.

Quid ΦΥΛΟ

Quid globus alatus.

aut

aut proprio iudicio freti, quicquam asseruisse videamur; ipsa incognitæ disciplinæ ratio postulare videtur, vt dictorum veritatem congruis Antiquorum probatorumque Scriptorum testimonijs authoritatibusque, ea qua in hoc molimine decet, fide comprobemus & stabiliamus. Scarabæus mundum significat.

Primo itaque Scarabæi symbolo mundum significari apud veteres AEgyptios, præter Eusebium Pamphilum, Manethonem, Hecatæumque apud Laertium, aliosque, clarissimis verbis Horapollo l. 1. hierogl: 50 hierogl: docet. Horapollo. μονογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα, Κάνθαρον ζωγραφοῦσι. *Vnigenitum*, inquit, *aut ortum, aut patrem, aut mundum, &c. significantes, Scarabæum scribunt*. Et paulò post, κόσμον δὲ, ἐπειδὴ κοσμοειδῆ τὴν γένεσιν ποιεῖται. *mundum verò significant per Scarabæum, quod ad mundi figuram eius procreatio & fætus accedat*. Nam certo anni tempore bubulum excrementum nactus, materiem eam sibi suscipit elaborãdam, quod primò statim pacis suę versu mordet Aristophanes αἶρε, αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ, quo loco μάζαν Poeta pro excremento ponit, vtcunque primùm ex eo pilulas conficit. Vt iam mundi ipsius formam initio imitetur, vel vt Clemens ait. ἐπειδὴ κυκλωτερὲς ἐκ τῆς βοείας ὄνθου σχῆμα πλασσόμενος, ἀντιπρόσωπος κυλίνδει, id est, mox eas ab ortu occasum versus posticis impellens pedibus, non intermissa rota-

Natura Scarabæi.

Aristophanes.

Clemens Alex: l. 5. Strom:

tione protrudit, ipse interim auersus Orbem ſpectat, quaſi de induſtria det operam, vt ipſius cœli exemplar intuendo imaginem eius exprimere conetur. Quid verò illud, quod inter trudendum à Subſolano in Africum fertur, quaſi aſtrorum curſui fieri obuiam contendat, qui quidē proprio motu ab Africo in Subſolanum eſt? Plinius l. 30. c. 11. n. 7. *Scarabæus*, inquit, *qui pilulas voluit; propter hunc AEgypti magna pars Scarabæos inter numina colit, curioſa Apionis interpretatione, colligit Solis operum ſimilitudinem huic animali ineſſe ad excuſandos gentis ſuæ ritus.* Certè in ea veneratione vile animal, nullo non tempore AEgyptijs fuiſſe comperio, vt per publicas ſemitas viaſque incedentes, hoc vnicum ſumma cura cauere viderentur, ne Numen illud fimoſum ſibi fortè obuium incauti pedibus obtererent; atque huc facit, quod in tract: arabico qui dialogus duorum peregrinorum inſcribitur, de Perſa & AEgyptio iter facientibus, ad propoſitū Scarabæi cultū haud iniucundè narratur. Perſa enim dum Scarabæum luteum orbem per ſemitam hinc inde volutantem fortefortuna calcaſſet; fertur calamitoſū caſum intuitus AEgyptius manibus in Cœlum ſublatis, omnia Numina, ab hoc ſe ſcelere immunem eſſe conteſtatus. Perſa verò, quid hac inſolita cōteſtatione ſibi vellet, rogante, neq; tu, inquit AEgyptius,

Plinius

Hiſtoria iucunda

vin-

vindictam Deorum formidas, qui sacrã & magnam Dei nostri Osiridis imaginem in qua habitans nos cœlorum motus, omnemque agriculturæ rationem docet; adeò temerè, & indignè tractare audes? hac interpretatione emendatus Persa in posterum cautiùs incessit, ne lutosum hunc Deastrũ fortassis lædẽdo indignationẽ Numinum incurreret. Verba Arabica subdo.

وكانا رجلان فرسى ومصرى سايـــران الى كـــورة
بعيده فبين ما كانا ماضيـــان فى الطريـــق راى
الرجل المصـرى الرجـــل الفرسى انّـــه يدوس
بالاتفاق على الخنافس الذى هو مارعًا كـره من
الشريفين وصرخ المصرى بصوت عظيـــم شهد كل
الهتهم انّه كان نقى من هذه الخطية فلما سالـــه
الفرسى سبب هذا العويـــل فاجاب هل انـــت
تخاف قضى الهتنا الذى لصورتهم هكذا امتهنت

Duo viri Persa & AEgyptius proficiscentes in Regionem longinquam, ijs ambulantibus, cùm AEgyptius videret quod Persa Scarabæum, qui pilulam è stercore Asini conglobatã voluebat, fortè calcaret, miserabili ploratu omnes Deos testatus est, ab hoc crimine immunem se esse, cùmq; insolitæ eiulationis causam Persa rogaret, respondit AEgyptius, non ne tu Dei nostri vindictam times, qui imaginem eius ita indignè tractare audes? Sed hęc animi gratia.

Plura hoc loco de admirandis obſeruationibus AEgyptiorum circa Scarabæi naturam & proprietates maiori mundo prorſus analogas proferre poſſem, vt, quomodo totius mundi partes in corpuſculo ſuo expreſſas teneat; quìn Solis & Lunæ motũ per Zodiacum imitetur, aliaque non minus iucunda, quàm erudita proferre poſſem, verùm quia ea omnia Oedipo noſtro reſeruauimus, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum ijs diutiùs hìc inhærere, qui interim de Scarabæo plura deſiderat, præter Latinos Græcoſque naturalium rerum Scriptores conſulat, Pandectarium quoque Arabicum voce حنافس Elluchaſem l. de animalibus. R. Eliezer in comment: in Leuit: in מקרא הגדלה linea 58. quæ incipit הגב ידוע בלשון אשמאלי Tractatum denique de משלי שועלים parabolis vulpium. parab: de Scarabæo & aquila. Atque hæc de Scarabæo ſufficiant.

Orus ſub forma pueri vittati & faſcijs inuoluti pingitur.

Secundum ſymbolum humani capitis Scarabæo coaptatam figuram exhibet, qua nota nihil aliud denotari, quàm Orum Iſidis & Oſiridis filium Bembina Tabula clarè docet, quẽ ſub vittati pueri ac faſcijs, reticulatoque amictu inoluti ſpecie paſſim exprimit. (vide figuram ſecundam infimi ſpacij Tabulæ Bembinæ) quo habitu in plurimis gemmis quoque effictus cernitur. A Sacerdotibus quoque ſub forma infantis certis ſolennitatibus Ori imaginem circumferri ſo-

li-

litum, Epiphanius l. 3. hæres: t: 2 fol. 354, sequentibus verbis luculenter demonstrat. *Quot autem sunt apud alios, veluti hi, qui apud Butum ciuitatem Harpocratem nutriunt instar nutricum, qui senes iam sunt ætate, quique in mensis solennitate imaginarias Ori Numinis afflationes perficere ex Dæmone cogũtur? vnusquisque autem ciuis & valde senex, vnà cum adolescentibus contribulibus, & alijs ætatibus puberibus, Sacerdotes eiusdem Ori videlicet, & Harpocratis existentes, capite rasi, vnusquisque, inquam, fert impudenter seruile ac detestabile signum; & furiosi & desipientes pulticulis farinæ ac similaginis atque alijs huiusmodi confectionibns primùm facie obliti, postea impertiũt per manum de facie abstergentes, vnicuique petenti; vt particeps fiat; atque hoc sanitatis ac medelæ morborum gratia;* Huius Ori dicta ratione circumlati vestigia clarè quoque monstrat apud Pignoriam Numus Adriani Imperatoris in quo Isis puellum Orum vberibus exertis admouet, vti & gemma hieroglyphica è doctissimi Nicolai Fabricij de Peresc Gazophylacio deprompta, vbi Orus puer in Baride virgata veste indutus pedibus iacet indiscretis, quem hinc inde mediante Scarabæo duæ stipant vpupæ, quo symbolo ingens rerum varietas, quam Sol per vastissima cœlorum spacia quodam veluti nauigio delatus, influxu suo in vniuerso causa-

Epiphani,

Pignorij Gemma,

tur

tur, hieroglyphicῶς indicatur. Gemma sequitur.

Sol motu suo omnis rerum *in mundo varietatis causa est.*

Horus ita depictus symbolum Solis fuit.

Porrò Orum hac pueri forma depictum Solem symbolicè significasse, Plutarchus docet l. de Osiride & Iside. verba eius sunt. ἐν δὲ ταῖς Ερμοῦ λεγομένοις βίβλοις ἱστοροῦσι. γέγραπται περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων, ὅτι τὴν μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ ἡλίου περιφορᾶς τεταγμένην δύναμιν, Ωρον, Ελληνες δὲ Απόλλωνα καλοῦσι.

Plutarchus.

Macrobius

Ita Macrobius quoque l. 1. Satur: c. 27. l. 63. *Apollo*, inquit, *qui est Sol, apud eosdem Orus vocatur, ex quo & 24 horæ quibus dies noxque conficitur, nomen acceperũt & 4 tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur*. Fingitur autem puerili forma, quod Sol (vti l. 8. orig: Isidorus docet) quotidiè oriatur, & noua luce reparetur; siue vt Phornuto placet, ad Solis indicandam pulcritudinem, sicut enim nihil in hac rerũ vniuersitate Sole pulchrius cõparet, ita nulla ætas adolesentiũ ætate pulchrior est; aut certè, quod Solis vis calorque vnde vitam cuncta hauriunt, idem semper sit, neque senescat; iuxta illud Veteris Poetæ.

Isidorus.

Phornutus.

Fulgentius 10. mythol.

Sol semper iuuenis, rapidum qui diuidis axem.

Quia occidendo (inquit Fulgentius) & renascendo semper est iunior, siue, quòd nunquam in sua virtute deficiat.

Quod

Quòd verò caput Ori Scarabæo coniunctum sit, factum est, vt hac καυθαερμορφώσει innueretur vniuersum illud, quod per Scarabæum paulò ante significatum diximus, Solis, quem & ob eam causam inuisibilis Dei visibilem filiũ Plato non incongruè dicebat, prouidentia & intellectu gubernari. Atque hoc ita sese habere, facilè ex Clemente Alexand: probatur, qui l. 5. strom: de Sphyngum AEgyptiarum cõpositione agens, faciem humanam cuilibet alteri animali cõiunctam, priscis ingenium & prudentiam significasse tradit. Sed hæc clariùs apud Porphyrium l. 4. pag. 76. de abstinẽtia demõstrantur. *Ad Deorum*, inquit, *fabricam omne animal vnà cum homine assumptum esse ab AEgyptijs, in qua & pecudum, & hominis, & auium, item & hominis corpora commiscuere; Nam & singulæ apud ipsos Deorum statuæ, vel vsque ad collum humanam speciem præferunt, faciem verò vel auis, vel Leonis, vel alicuius alterius animalis impositam habent, vel è contrario capiti humano subiectum, alterius animalis corpus præmõstrat.* Orum itaq; dicta ratione καυθαερόμορφον, intelligentiæ Solaris mundi gubernatricis symbolum esse, præ cæteris apertè ostendit gemmæ apud Pignoriam Typus, in quo Solis seu Ori radiosum caput concinnè Scarabæo impositũ, quæ omnia serpens caudam vorans ambit; vt ea daretur intelligi Orum seu Solem temporũ, annorum

Clemens.

Porphyrius.

rum, & omnis cyclicæ conuerſionis in mundo Authorem eſſe. Gemma ſequitur.

Orus ſeu Sol Vni Teporum & omnis Au

uerſi Dominus cyclicæ conuerſionis thor

Tertium ſymbolum circuli ſunt, Scarabæum inter & Ori caput intermedij, quibus quidem nil aliud niſi cœleſtes orbitas ſuperiores ſignificari, è ſuſcepto interpretationis contextu liquebit; ſunt enim ex eorum numero ſymbolorum, quæ ſupra ex Clemente κυκλολογούμενα, hoc eſt propria, & eam rem quam ſignificant, exprimentia, diximus: cui Porphyrius apud Euſebium ſubſcribit, de ſymbolis enim AEgyptiorum ibi tractans, *inde*, iquit, *factum eſt, vt omnia candida cœleſtibus Dijs attribuerentur, pila & rotunda omnia mundo, præcipuè* Soli *& Lunę. Circulus autem, & quę circularia ſunt, ſęculo & motui cœleſti, & zonis & circulis, qui in Cœlo eſſe intelliguntur.* Quibus quidem verbis nihil clarius eſſe poteſt, quare eo vnico contenti, vt breuitati ſtudeamus, omiſſis alijs teſtimonijs, quas ex varijs Orientalium monumentis hìc proferre poſſem, ad reliqua ſymbola nos conferamus.

Euſebius l. 3. c. 3. præpar: Euangelicæ fol: 50. lin: vlt:

Quartum ſymbolum cornutam Lunæ faciem Ori capiti innixam exhibet, quo ipſam Lunam eiuſ-

eiuſque motum, & cyclicas rationes κυριολογικῶς AEgyptios indigitaſſe, & ex Porphyrio paulò antè patuit, & ex Clemente ſupra allegato luculentiùs patet. ἥλιον μὲν οὖν γράψαι βουλόμενοι κῦκλον ποιοῦσι σελήνην δὲ σχῆμα μηνοειδὲς κατὰ τὸ κυριολογούμενον εἶδος. *Solem indicaturi, circulum faciunt, Lunam, verò figuram Lunæ cornuum formam præferentem, conuenientem ei formæ quæ propriè dicitur.*

Quintum ſymbolum Crucis character eſt, intra Lunaris circuli orbitam contentus; ſublunaris ſeu elementaris mundi, circa quem Oſiris & Iſis, id eſt Sol & Luna, teſte Diodoro, ambulantes, omnem influxibus ſuis temporum generationũque, atque corruptionum viciſſitudines producunt, typus proprius. Atque ita ſe habere egregiè è priſcis Scriptorum monumentis oſtendit Marſilius Ficinus c. 18. l. 3. de vita cœlitus propaganda; *Poſtremi*, inquit, *quidam imaginum Authores vninerſam earum formam ad Cœli ſimilitudinem accepere rotundam: Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabum Collegio legimus, figuram crucis cunctis anteponebant, qui corpora per virtutem agunt ad ſuperficiem iam diffuſam; prima verò ſuperficies cruce deſcribitur; ſic enim imprimis habet longitudinem, primaque figura eſt, & omniũ recta quàm maximè & 4 rectos angulos continet, effectus verò cœleſtiũ maximè per rectitudinem radiorum, angulorumque reſultant. Tune enim ſtellæ*

Diodorus

Crucis character elementaris mundi ſymbolum

magnoperè ſunt potentes, quando 4 cœli tenent angulos, imò cardines, Orientis videlicet, Occidentiſq; & medij vtrinque cœli; ſic verò diſpoſitæ radios ita conijciunt in ſe inuicem, vt crucem inde conſtituant. Crucem ergo veteres figuram eſſe dicebant, tum ſtellarum ſortitudiue factam, tum earundem ſortitudinis ſuſceptaculum (videlicet mundum elementarem quadripartitum). & paulò poſt. *Hæc autem opinio ab AEgyptijs vel inducta eſt, vel maximè confirmata, inter quorum characteres crux vna erat inſignis.* Hæc Marſilius. In Saracenicæ quoque Cabalæ fragmentis, quæ arabicè ſcripta apud me extant, Philoſophos, & Medicos AEgyptiorum, Perſarum, Indorum, & Græcorum ſignificaturos elementa, Crucis figuram ſcripſiſſe inuenio.

Philoſophi & medici AEgyptiorum Perſarum, Indorum, ſignificantes elementa crucem pingebant

أهل الفلسفه وطبّا مصر وفرس الهند والروم كانوا
يدلّون العناصر ويكتبونهم مربع بصورة الصليب.

Nec mirũ, elemẽtis enim extra ſuas ſedes naturales dimotis ea ſuos ad eaſdem reditus, naturaliter per rectas facere lineas, diſlocatæ eorundem homogeneę partes experientẽ docebũt. nequaquam igitur incongruè Sapientes dicti per has 4 rectas, ab vnico puncto, ſeu centro circuli indiuiduo in contrarias partes excurrentes, 4 elementorum myſteriũ indigitarũt Crucis autem inferior curuatura, neſcio quid circulare affectans myſterio nulla ratione caret; Cùm enim nec circulus ſine

Curuilinea Crux quid?

re-

recta, nec ſine puncto recta artificiosè fieri poſſit, puncti proinde monadiſq; ratione, res & eſſe cæperint primò, & peripheria affectę partes centralis puncti miniſterio neutiquam carere poſſint; certè clarum eſt, per hanc curuilineam crucem primam, ſimpliciſſimamque rerum omniũ tum exiſtentium, tum in naturæ latentium inuolucris in lucem productionem, repræſentationemque à Sapientibus denotatam fuiſſe. Idque Deenus pulchrè docet in monade hierogyphica. & Riuera l. de mundo magico.

Creatio rerum expuncto per lineã in circulũ

Prætereà cùm hæc naturæ fabrica plena myſterijs, atque adeò cõcinna ſingularum partium ex puncto in infinitam propè peripheriarum amplitudinem emanantium adaptatio ſine vinculo conſiſtere non poſſint, aptè ſanè inter Scarabæi Chelas tabellam ⲫⲩⲗⲟ, id eſt amoris nomine inſignitam, repoſuerunt, vt eo videlicet, mundum ſine amore conſeruari nequaquam poſſe, indigitarent. iuxta illud Orphei

Vinculum vniuerſi amor.

Μοῦνος γὰρ τούτων πάντων οἴκημα κρατύνεις.

Verùm vt Lectori patefiat, quam nulla res apud AEgyptios myſterio caruerit; & quanta ſub minimis etiam ſimilitudinum vmbris myſteria abdiderint; myſticam dictorum characterum ſignificationem hoc loco exponendam exiſtimaui; Conſtat itaque vox ⲫⲩⲗⲟ quatuor ite ris, quarum prima pyramidis inuerſæ; alte-

ra rectæ;tertia globi figurã exprimit:quibus omnibus tot ac tanta myſteria indicantur, vt ijs ſingulis explicandis,non dicam hæc pagina, ſed nec volumen quidem magnum ſufficiat. Quare aliqua earum,adeòq;generalia tantùm hoc loco attingam,vt de alijs Lector iudicium faciat: ac primò quidem character Φ ex circulo & linea cõpoſitus, quid ſignificet paulò ante indicauimus, & de eo c.7. tractatum eſt. videlicet, rerum ex centro per lineas rectas in circulorum peripherias diffuſarum primordia, reliquis verò tribus literis V Λ O. aptiſſimè ſanè & eleganiſſimè amoris in hoc mundo vim, & à centro ad circũferentiam, & ab hac ad illud reciprocum motus proceſſum,exprimẽtibus: Amor enim nõ tãtùm verſus inferiora, demittit radios, quo cuncta viuificet,verùm & virtute naturali,ſeu magica naturarum cognatione ſurſum attrahit, & in amplexus mutuos plena conuerſione compellit;ſic enim progreſſus vel deſcenſus à Deo, ſeu vt Platonicè loquar, anima mundi per mundi res vniuerſas, vſque ad materiem, quem proceſſum deſcenſumque aptè pyramidalis litera Λ refert.Et hinc per naturam denuò reditus,ad naturæ præſidem, videlicet monadem illam indiuiduam,pyramidis mundanæ apicem. Similiter aſcenſus ad vaſtiſſimas Cœlorum peripherias per intermedia mũdi ſpacia à cẽtro vniuerſi nõ ab-

Φ
V
Λ
O

Hæc litera amoris in mundo proceſsũ denotat.

absurdè per radiosam seu, inuersæ pyramidis literam V indicatus amoris ascensus, quid aliud significat, nisi *magicam* illam amoris superiora inferioribus connectentem catenam, in reciproca singularum partium cõspiratione defixam. Vnde non malè amorem ita summus Philosophus Areopagita definit. vt quidã sit *circulus à bono in bonum perpetuò reuolutus*; Nam, vt à Deo incipit, & allicit, perfectæ pulchritudinis rationem præsefert; vt autem in mundum transit, amor potissimùm dicitur. Voluptas denique prout in Authorem remeans pulcho exemplari, pulchram imaginem, pulchra reuolutione conuertit. In hoc circuitu per omnia penetrans sursum eadem secum, deorsumque volui continuò facit; non secus ac Solis simplex radius per se vniformis in Cœlo lucem, splendorem in æthere, in elementis lumẽ, in mistis corporibus colorem lucidum creat. Patet itaque quòd amatorius ordo, sit causa conuersionis in rebus omnibus ad diuinam pulchritudinem, & formam principem, atque (vt verbis Procli vtar) reducat sequentia ad illam omnia, eique coniungens, & coniuncta confirmans; & mox inde sequentia replens, diuini luminis dotes inde scaturientes per vniuersa distribuat. Quod quidem AEgyptijs aliud non fuit quàm anima mũdi, rerum omnium in mundo causa & origo; quam aptissimè sanè expresserunt in hoc hiero-

Quid amor propriè sit iuxta Dionysium.

Amatorius ordo causa rerũ

gly-

glyphico ſchemate, alati globi ſerpentibus hinc inde profilientibus circumſepti, mundano ſyſtemati ſuprapoſita figura. Atque globus quidem nihil aliud, quàm orbem vniuerſi, deſignat vt in præcedentibus probatum eſt. Alis teſte Macrobio, Martiano, & Apuleio vis ſubtilis & celer omnia penetrãs in mũdo, denotabatur, vt vel hinc Alatam animam AEgyptios tradidiſſe, mirum non ſit, cùm plerique Platonici, è Zoraſtris doctrina AEgyptiorumque id paſſim doceant. Serpentem verò fæcũdi ſpiritus ſymbolum eſſe, Porphyrius apud Euſebium l. 3. c. 3. Euangelicæ præpar: abundè docet; adeòque clarè à Virgilio oſtenditur, vt ad hoc ſymbolum animæ mundi omnia penetrantis viuificantiſque vnicè reſpexiſſe videatur, dum canit.

Macrobius Martianus Apuleius

Porphyrius

Principio Cœlum ac terras, camposque liquẽtes
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totumque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Virgil: Maro l. 6 AEneid:

Meminit huius hieroglyphici Barachias Albenephi, Arabs, l. de veterum AEgyptiorũ diſciplinis; quem volente Deo breui latinitati donatum publici iuris faciemus. ita autem dicit.

في مسالة فرعون

De obelicis Pharaonis.

والدور مجنح محلق بحيات هو علامة نفس وروح العالم

Barachias Albenephi

Globus, inquit, *alatus, ſerpentibus circumdatus,*

dum

dum pingebatur, ſymbolum erat animę ſeu ſpiritus mundi. Et ex Tabula Bembina id clarum fit, vbi ijs hieroglyphicis ſchematis, quæ magna myſteria continere cenſebantur, plerunque hoc ſymbolum ad faciliorem animæ mundi attractum ponebatur; patet hoc ex eo, quòd ſub Throno pantomorphæ naturæ eiuſdem tabulæ hiſce hieroglyphicis expreſſum ponitur. vbi ſuper alatum globum ſerpente ſceptrigero inſtructum characteres ſacri currrẽtes, circulus, hemiſphęriũ atq; character ἴχματος figura poſita, hunc ſenſum faciunt. Coniungitur inferius ei quod ſuperius virtute animæ mũdi omnia viuificãtis, cuius imperio omnia ſubſunt. Hieroglyphica vnà cum lectione eorundem ſequuntur.

Atque hanc lectionem certam & veram iuxta mentem hierogrammateon eſſe, libenter fusè hìc oſtenderem; verùm quia hi characteres plura ſupponunt, quàm vt hoc Prodromo tradi poſſint, ideò Lectorem ad Oepidum remittimus

vbi

vbi omnia fusè tractata & probata inueniet. Satis interim me feciſſe arbitratus, hoc loco Lectori irritamẽtum quoddam ad alia ſecutura obieciſſe. Porrò quomodo amor animam mundi moueat, ad omnibus mundi partibus ſeſe inſinuandam, pulchrè declarat Hierotheus. Ait enim *amorem eſſe vim quandam Animę mũdi propriam, rebuſque inſiticiam, quę ſuperiora mouet ad inferiorum prouidentiam: inferiora, vt verſus ſublimia conuertantur. æqualia denique ad ſocialem inuicem ſui communionem.* Vnde, meo quidem iudicio, Amorem rectiſſimè ſtatuas, vt deſiderium quoddam boni pulchrique, vel bonitatis per pulchritudinem ipſam conferendæ vel accipiendæ, videlicet, cuius poteſtas veluti vnius ſit magnitudinis dimanatio, cuius punctum vel apex ſit primus in Deo, progreſſus per mundum triplicem tripliciter diſtributum, finis autem in ipſa materie, cuius denique quædam ſit infinitudo circa verticem, potentiæ meræ infinitudo circa materiem, connexionis virtus infinita per omnes naturæ intermedios gradus. Quæ omnia pulchrè dictis characterum figuris referuntur. vbi vides Φ inferioris mundi ſymbolum. V amoris à centro verſus ſuprema; Λ à Cœlo, quod circularis litera O exprimit, verſus inferiora proceſſus ἔκτυπον. Vnde & nobiliſſimum illud μονόγραμμον vocis ΦΙΛΟ AEgyptijs vſitatum, quod in Tabula

Amoris definitio.

Bem-

Bembina haud infrequenter occurrit, reſultat, quo omnia quæ hucuſque de anima mundi et amore mundano dicta ſunt, ſub forma ſphæræ mundanæ admirabili quadam ratione exprimuntur. vt ſequitur. Ego characterem in meliorem formam redactum, hìc ſubiungo.



Qui quidem ſi pauca excipias non differt à charactere qui paſſim in Bembina Tabula occurrit, mũdi quadripatiti ſymbolum. & forſan idem μονόγραμμον cum præcedente eſt, cùm omnes literas vocis ΦΥΛΟ contineat. Sed hoc in Geometria AEgyptiaca melius diſcutiemus. Nunc ad amorem redeamus, cuius prior effectus eſt vniuerſum. *Amor enim*, teſte, Dionyſio, *non permiſit Regem omnium ſine germine permanere*. Idem propagandi ſtudium ab Authore primo in omnes eiuſdem imagines dimanauit Per hunc enim intelligentiæ cœlos mouent, & ſequentibus om-

Dionyſius

Amor cauſa omniũ

nibus ſua munera largiuntur. Per hunc ſidera ſuum lumen in elementa diffundunt; ignis aeri, aer vim ſuam cõmunicat aquæ, aqua terræ; elementa ſimplicia miſtis quibuſque ſiue compoſitis rebus; plantæ & animalia ſpeciei ſuæ multiplicãdæ deſiderio largiũtur, iuxta illud Georg: 3.

Omne adeò genus in terris, hominũq; ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.

Per eiuſdem amoris impulſum obediunt viciſſim inferiora ſupernis maximè; ſic terra tractabilis aquæ, & hæc in aerem deinde reſoluitur: aer in ignem, ac dein per poros inſenſibiles digeſta in æthera, ſublunaris ſubſtantiæ portiũcula firmioris paulatim concretionis, atque coaguli particeps, rapitur altiùs in cœli occultas fibras, vbi quemadmodum in animantibus fieri ſolet, elaborata magis magiſq; apponitur; primũ inde agglutinata aſſimilatur penitus, & in cœleſtem indolem tranſmutatur. Quis igitur iam nõ videt, quàm appoſitè monogrammum illud vocis ΦΩΣ vniuerſo adaptetur? certè cùm hoc paulò profundiùs ſcrutarer, tunc illud Iamblichi verum eſſe cognoui; *Characteres AEgyptiorum, haudquaquam fortuitò, aut temerè; ſed magno ingenio ad naturæ exemplar fabricatos eſſe.* Vti in hoc vel maximè eluceſcit; in quo ſub duabus pyramidibus contrario proceſſu implicatis,

Iamblichus

in

in charactere sphærico ☉, subitò coluri, meridiani, tropici, & æquator, amoris mundi, id est Solis semitæ (in Sole enim maximè amor viget mundanus,) tota denique amoris sphæra elucescit; vt vel hinc intelligeretur; Amorem per vniuersum diffusum omnibus in rebus esse. Cùm verò magna rerum in hoc mundo sit diuersitas, necessarium est, eum ex contrarijs sæpè nasci, neque enim vlla pars mũdi alteram odit, nisi amore sui, vt pulchrè in explicatione conuiuij Marsilius docet; & rursum eum contrariorum maximè effectricem causam, vnde illud Plautinum oppidò eleganter. Marsilius

Diua Astartha hominum, Deorumque vis, vita,
Salus, rursum eademque est
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cælũ, sidera
Iouis quæcunque templa colimus, eius ducuntur nutu, & obtemperant.

Hinc Orpheus in Argonauticis non sine causa hunc Amorem, vt mundi genium, & magnum antiquissimumque laudat. Cùm enim Chaos ante mundum posuerit, ante Saturnum Iouem & cæteros Deos, Amorem sanè in sinu ipsius Chaos constituit. eundem adeò sic definiens, vt principium, quo res informis ornamentum seu Κόσμον perfectionemque desiderat. Cui & illud Maronis consonat. Orpheus

Vulcani Martiſque dolos, & dulcia furta
Atque chaos, denſos Diuum referebat amores.

Vbi ſanè & ad 3 mundi principia tacitè viſus eſt & ad AEgyptiorũ mẽtem alluſiſſe; per Martem, vti AEgyptij per Oſiridem, agendi principium ſubintelligens, veluti formam; per Venerem, vti AEgyptij per Iſidem, paſſionis vim ſeu materiam agentibus formis vbique ſubſtratam: Per Vulcanum denique, vt AEgyptij per Horum omnia connectentem ſpiritum, vel proportionem mediam. Quæ omnia clariſſimè ex hieroglyphico ſchemate noſtro cognoſci poſſunt. vbi inter Oſiridem Καρθαρόμορφον & Iſidem ſublunarem mundum ſuperiores ſcilicet & inferiores circulos mundi mens Horus, ſeu Sol inter duplicem quinarium conſtitutus, veluti in arbore 10 ספירות Sephiroth ſeu numerationum, תפארת, copulata cũ מלכות Malkuth, remanet amoris habitaculum, decus & gloria cœli, omnium artifex, nodus & copula totiuſque machinæ fundamentum, vniuerſi denique, vt cum Orpheo loquar, clauiger. Atque hæc de explicatione ſingularum partium huius ſchematis ſufficiant. Nunc videamus quis ſenſus eius ſit, aut qua ratione id in partes reſolutum legi poſſit. Scripturam enim hanc quandam eſſe certum eſt, non eam quidem, qua ex literis, verbis, nominibus, certiſque orationis partibus compoſita, nos plerunque vtimur. Sed mul-

Tiphereth

Ratio legẽdi hieroglyphicæ ſcripturæ.

multò excellentiorem, sublimiorem, & abstractis mentibus viciniorem, qua integra sæpe numerò ratiocinatio rerumq; altissimarum conceptio, aut insigne aliquod in naturæ aut diuinitatis sinu delitescens mysterium, hoc vel simili artificioso symbolorum contextu intellectui sapientis vno intuitu obijcitur; oportet igitur in huiusmodi scripturis, relictis orationis circũstantijs quarum nulla ratio habetur; ab apparente foris imagine duci ad rerum abditas formas, & à sensibili obiecto, ad intelligibilis notionem. iuxta illud cõmune Kabalistarũ רימון מצאתי תוכו אכלתי קליפתו זרקתי id est *malogranatum inueni, interiora comedi corticem abieci*. Quia tamen conceptus hieroglyphicus mentalis, sine conceptu rerum per nomina, voces, aliasque orationis partes indicatarum minimè concipi potest, ob formalis conceptus ab obiecto, seu rebus sensibilibus dependentiam, Lectio quædam ijs nominibus, & verbis quibus res per symbola significabantur, positis, instituebatur, cuius vt specimen aliquod curiosus Lector videat, Lectionis ὑπόδειγμα subiungendum duxi, quod cùm generalissimum sit, & omnes analogarum rerum species comprehendat, ei varios quoque sensus pro diuersis analogiæ rationibus inter dictæ tamen analogiæ limites, competere necesse est, vti ex sequente schemate patet.

Paradigma Lectionis Hieroglyphicæ.

Iuxta sensum proprium ita legi potest.	Ἀνάλυσις schematis in suas partes	Iuxta sensum Anagogicũ, Mysticũ, Magicum.
Anima mundi vita rerum		Hemepht, siue supremus intellectus
Vniuersam mundi machinam		Osiris
Cœlorũ orbitas		Cœlestes Genij
Solem		Horus
Lunam		Isis
Elementa, superiora videlicet inferioribus amore connectit, connexa in suo esse conseruat.		Dæmones sublunares, fascinati hoc similitudinario typo, veluti potenti catena trahuntur.

Cum

Cum verò mundi diuersi, à diuersis vti mundus minor seu humanus, politicus, ethicus, chimicus, & iuxta variam, quam cum maiori tenẽt analogiam, constituantur, variam quoque lectionem huius symbolicæ scripturæ resultare necesse est. Hinc medici sic legere possent; Anima, corpus organicum & singulas partes, &c. membra vitalia, cor, cerebrum, partibus inferioribus miro fœdere coniuncta in suo esse cõseruat. Ethici verò ita; Anima rationalis totum hominem, potentias superiores, intellectum, voluntatem, cum inferioribus & exterioribus sensibus rectæ rationis dictamine concordes facit; & sic de cæteris quæ Lectori applicanda relinquimus. Vides igitur, quàm multarum rerum, & altissimarum, simplici hoc hieroglyphico schemate, quanto ingenio indigitarint AEgyptij, quomodo ad vnã mundanam ideam, omnes reliquas ei analogas concatenatas veluti traxerint; ita quidem vt non vno sensu contenta, sed per innumeras rerum analogas species exporrecta, occulta quadam similitudine omnium processum seriemq; ,etiam ipsa Christianorũ mysteria expressisse videãtur An non huc respicit ad mirandũ illud in בראשית *bereſith* eluceſcens mysterium, quod metathetica quadam Cabalicæ disciplinæ methodo resolutum, sensum ei, quem hieroglyphicum schema non absimilem his verbis exprimit.

Iuxta analogiam, variam, variè legi potest.

אב בבר ראשית שבת ברא
ראש אשת רב איש
ברית טוב

Christianis mysterijs applicari optimè potest

Hoc est, *Pater in filio, principium, quietem & finem, creauit caput, ignem, fundamentum hominis magni, fœdere bono*. Quid aliud per alatum globum, nisi circulus ille, cuius centrum vbique

Pater per globum alatum

circũferentia nusquam, vt Trismegistus loquitur, denotatur; videlicet intellectus ille abstractus, supramundanus, mens prima, Pater inquam cœlestis; quid aliud per Scarabæi corpus nisi vnigenitus filius eius, quem Pater principium, quietem, & finem constituit rerum omnium, per quem facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil. Ne verò quispiam indignum clamitet, Deum ipsum, omni admiratione maiorem, insecto omnium vilissimo, teterrimo, putidissimoque assimilari, ille audiat, quid de admiranda Christi humanitate in soliloquijs suis magnũ Ecclesiæ lumen S. Augustinus dicat. *Bonus*, inquit, *ille Scarabæus meus, non ea tantum de causa, quòd vnigenitus, quòd ipsemet sui Author; mortalium speciem induerit; sed quòd in hac fœce nostra sese volutarit, & ex ipsa nasci homo voluerit*. Neque enim veritus est Sãctus iste Theologus, pietatis & integritatis columen, dum in nitidissimo Dei fulgore contemplando, hominisque ex op-

Christus per Scarabæum

S. Aug:

po-

posita parte Cloacalẽ quendam, vt cum Catone loquar, putorem expendendo; subturpiculam locutionis quodammodo stomachosæ nauseam, delicatiori habitam derisui, qui satis exploratum haberet, Deum se vermem etiam per Prophetam appellasse, quo loco multi Scarabæum vertunt: vt sic vilitas conditionis humanæ, qua infinita maiestas Dei induta in mundum venit, indicaretur. Per hunc itaque filium, æternam sapientiam, & verum Osiridem mũdus creatus est, magnus ille homo, cuius caput Angelicus mundus, fons cognitionis; cuius ignis Sol est cœlorum cor, fons motus, vitæ & caloris; cuius fundamentum denique sublunaris mundus cõtinuis vicissitudinibus veluti ventris inferiores partes, obnoxius. Quid aliud per ΦצλD amorem designãtur, nisi Spiritus illle מרחפת על פני המים, *qui succubans aquis*, omnia igne amoris sui viuificat, fœcundat, & conglutinat fœdere bono, fœdere, inquam, pacis & amicitiæ ex naturarum cognatione, & mutuo consensu exorto coniungit; dicitur autem bonum, quia ad Deum qui est ipsum bonum ita dirigitur & ordinatur; Vt quemadmodum inter se totus mundus vnus, ita & cũ suo Authore postremò sit vnum. Sed tempestiuè hoc loco pedem retrahens ad magis faciliora me confero; ne ab hoc impenetrabili profunditatis abysso absorptus temerarij scrutinij penas luam.

Spiritus S. per ΦצλD id est amorem.

Porrò præter dicta varijs ſenſibus in hieroglyphico ſymbolo expreſſa, alia quàmplurima adhuc continentur myſteria quorũ aliqua particulatim hìc indicare viſum eſt: Primò igitur AEgyptij hoc ſchemate ideali ſummo ingenio totius mundi ſyſtema, corporum ſeriem, omnemque partium mundanarum nexum deſignabãt, quod verum eſſe ex ſequentibus patebit. Tradit Albumazar, alijque Arabum Aſtrologi, AEgyptios Solem inter duos mũdi quinarios poſuiſſe, nempe ſuper hunc, planetas quinque; ſub hoc, Lunam, & quatuor elementa, vt ſequitur.

	1 Ρεφαν	زحل	*Saturnus*
	2 Πιζευς	المشترى	*Iuppiter*
	3 Μολοχ	المريخ	*Mars*
	4 Σουροτ	الزهره	*Venus*
	5 Πιερμης	عطارذ	*Mercur:*
	Πιρη	الشمس	*Sol*
	1 Πιιοϩ	القمر	*Luna*
	2 Πιχρωμ	لنار	*Ignis*
	3 Πιθηου	االهوا	*Aer*
	4 Πιμωου	الما	*Aqua*
	5 Πικαϭι	الارض	*Terra*

Quod

Quod sanè tunc verùm esse cognoui, cùm primùm in abdita huius sacræ sculpturæ perueni. Vides quàm aptè in eo Orus seu Sol veluti cœli Rex ac Dominus vnicus, duos inter quinarios medius superiorem 5 planetarum, & inferiorem Lunæ elementorumq; constituatur? Sed audiamus de his Marsilium Ficinum l. de Sole c. 6. *Solem*, inquit, *quasi Dominum omnes in mundo medium, quamuis diuersa ratione, constituere; Chaldæi quidem medium planetarum; AEgyptij verò inter duos mundi quinarios, nempe super hunc planetas 5. sub hoc Lunam & 4 elementa, propinquiorem verò terræ, quàm firmamento positum à prouidentia putant, vt eius feruente spiritu, & igne, Lunæ, aeris, aquæ humor, & crassa terrenorum materia foueretur.* Quàm hęc vera sint figura hieroglyphica clarè ostendit. eique eruditissimus Rambam AEgyptius l 2 מורת נבוכים more nebuchim c. 9. subscribit, ubi ita clarè hoc mundi systema AEgyptiacum depingit, vt ex hac sacra sculptura veluti ex σκιαγραφῷ quodam id adumbrasse videatur. verba eius sunt.

Marsilius

Systema cœlorum

R. moyses AEgyptius Ben Maimō

דע כי גלגל נוגה וכוכב יש מחלקת בהם בין הראשונים מאנשי חלמדים אם הם לטעלה בין השמש או תחת השמש מפני שאין שם מופת יורנו על סדור שניהכדורים האלה והיה דעת הראשונים כולם שכידורי נוגה וכוכב למעלה מן השמש וחרץ זה ותכיניתו מאד ואחר כן בא פטלמיוס וחכריע היתם מתחת ואמר שהוא הנאות בענין חשבעי שהוא חשמש באמצע ושלש כוכבים למעלה

ושלשה למטה סוף דבר יהיה העניין כן או לא יהיה הנה הראשונים
בולם היו מסדרים נוגח וכוכב למעלה מן השמש זה חיו מונים
הכדורים הכדור יריח למטה וכדור השמש אשר חוא למעלה
ממנו בחברח וכדור החמשה הכוכבים יולכים וכדור הכוכבים
עומדים והגלגל מקיף בכל אשר אין כוכב בו

Scito ergò, quòd in ſpæris Veneris & Mercurij, controuerſia fuit iuter Antiquos, qui ſtudebant in mathematicis. Vtrum ſuprà Solem ſint an infrà? non enim vlla eſt demonſtratio, ordinis harum ſphærarum: omnium tamẽ Antiquorum opinio fuit, quod iſtæ duæ ſphæræ, ſcilicet Veneris & Mercurij ſint ſuprà Solem. Intẽde ergò in hoc & ſcito. Vnde ſecutus eſt poſteà Ptolemæus, & ſub Sole eos conſtituit, aſſerens conuenientius eſſe naturæ Solem in medio planetarum, ita vt 3 ſuprà, 3 infrà ponantur, ordinare. Quicquid ſit, omnes primi Sapientes Venerem & Mercurium ſuprà Solem ordinauerunt. & idcircò duas ſphæras numerauerũt. Sphæram Lunæ quæ ſine dubio propinqua eſt nobis, & ſphæram Solis quæ ſuprà Lunam eſt neceſſariò. Sphæras autem 5 planetarum pro vna reputabant. Sphæram ſtellarum fixarum pro alia, & cælum circum omnia in quo non ſunt ſtellæ. Quòd ſi ita eſt, dicemus, quòd numerus ſphærarum in quibus ſunt formę ſtellarum, (ſic enim ſtellas Antiqui vocabant, vt ſcitur ex libris eorum), Quaternarius eſt: ſphęra ſcilicet ſtellarum fixarum; ſphęra 5 planetarum: ſphęra Solis, & ſphęra Luuę: ſuprà omnes

Mercurij & Veneris ſphæræ ſuprà Solem ſunt iuxta Veteres AEgyptios

4 Sphæræ AEgyptijs

verò

verò sphæras quædam, in qua nulla stella est. Hæc Rambam: An non hic quaternarius sphærarum clarè in nostro hieroglyphico schemate expressus videtur? certè expressius nihil. Quid enim aliud fulgida illa ac radiosa Scarabæi pterygia nisi rutilam stellarum fixarum sphæram, significant, in qua 12 signa Zodiaci per 12 Scarabæi digitos maiores, indicata reponuntur? quid aliud globus ille 5 circulorum, nisi sphæram 5 planetarum notat? vides sphæram Solis in Hori capite, & Lunæ sphærã in propria figura repræsentatam, elementarem mundum includentem. quæ omnia ambit globus alatus, sphæra videlicet inuisibilis de qua paulò ante Rambam locutus est.

Ne verò hunc quaternarium gratis ab AEgyptijs cõfictum quispiam existimet, eius mysteriũ hìc indicandum duxi. AEgyptij itaque cùm ex admirabili illa rerum omnium nexu & concatenatione deprehendissent, superiora corpora, inferiora valdè potẽter mouere; & 4 elemẽta, 4 sphæris veluti principijs actiuis substerni; præterea sphęræ Lunari vim quandam efficacem inesse ad elemẽtum aquæ cõmouendum, Solari ad ignem, ad aerem ob varias radiorum cõmistiones 5 planetarum sphæræ; ad terram denique alterandam ipsi firmamento; quis non videt, eos magno ingenio hanc quadruplicem catenam, quadruplicia inferioris & superioris mundi similia cor-

Quatuor sphæræ respondent 4 elemẽti

corpora similibus connectentem sub quaternario numero, seu cubo mystico indigitasse? certè qui mentem nostram hìc viderit facilè myste-

Systema mundi iuxta mentẽ veterũ AEgyptiorum.



rium

rium illius Cabaliſtici intelliget. אין לך עשב ועשב למטה שאין לו מזל ברקיע מכה אותו ואומר גדל. *Non eſt tibi herba ſeu planta aliqua inferiùs, quæ non ſtellam habeat in firmamento, quæ percutiat eam & dicat creſce.* Atque ex his patet, quàm concinnè AEgyptij rerum omnium nexum ſub hoc ſymbolico ſchemate repræſentarint. Verùm cùm à nemine adhuc quod ſciam, ſyſtema cœlorum iuxta mentem Veterum AEgyptiorum productum ſit. ego in gratiam Philoſophorum & Mathematicorũ id primus ab immemorabili temporum vetuſtate vindicatum hoc loco proponere volui.

Demum, cùm in hoc mundo maiore vna circumferẽtia ita alteri adnexa ſit, vt ad conuerſionem orbis ſuperioris inferna conuerſio quælibet gubernetur, totiuſq; circuitus ratio per amorem in quadam attractione & pulſione reciproca collocetur. Prætereà cùm in circumfuſa mundi machina connexis corporibus cuncta naturas mutuent inuicem, & mutuentur, ex cõmuni autem hac cognatione cõcomitanter naſcatur amor, ex amore ſimilium attractus, & propulſio contrariorum, verè Amorem vel eo nomine magum rectiſſimè Veteres appellarunt; quicunque in arte quauis, & facultatum genere eo vſque peruenire potuit, vt ex analogia agentium rerum ad res paſſibiles, ſimilium ad

Amor magus.

ſi-

ſimiles,contrariorũ ad cõtrarias,naturaliũ operũ rationẽ proximè viſus eſt imitari; hunc,inquam, Veteres magum,& verè Sapientem, incãtamento & faſcino potentem, in Diuorũ penè numerũ relatũ nuncupauerũt. Nam vt rectè Mor Iſaach in philoſophia ſua Syra c. 6. philoſophatur.

Mor Iſac

ܟܠ ܚܪܫܐ ܗܘ ܡܢ ܚܝܠܐ ܡܠܟܝܐ ܘܡܪܡܪܡܐ ܘܡܢ
ܗܘܠܐ ܐܪܥܢܝܬܐ ܘܚܠܛܢܐ ܘܡܠܚܡܘܬܐ ܒܥܘܫܡܐ ܡܠܟܝܐ
ܥܡ ܬܚܬܝܐ

Scientiæ enim magicæ ratio à ſupremis perficitur potentijs,vnà cum materijs terrenis, familiaritatem item ac conuenientiam ſuperius cum inferioribus quæ ſub Luna ſunt, habentibus, quibus cognitis, mira patrari poſſe quis non videt? Eſt enim hoc præcipuum doctrinæ magicæ caput,præceptumque, vt vnum ab alio naturæ affinitate alliciatur, vel eiuſdem diſſimilitudine repellatur. Atque in hac ſcientia præ cæteris AEgyptij excelluiſſe feruntur. Hos enim, cum inferiorum effigies cœleſtibus vultibus ſubiectas eognoſcerent,ſcilicet

In quo Magia naturalis conſiſtat

Zoroaſter

الصورات الاسمآ الصورات الارض

è certis mundi materijs imagines certas, quas ab effectu diuinas illices Zoroaſter appellat, eò quòd ijs magna prodigia operarentur, facere ſub certo ſiderum poſitu, conſueuiſſe, Haly Arabs tradit. l. de imaginibus cœleſtibus. cuiuſmodi

Haly

vt

vt innumeras alias, de quibus exprofeſsò in Oedipo tractabitur, prętereā, hęc præſens figura hieroglyphica vna fuit, cuius virtutes magicas vnà cum ritibus cærimoniſque, quibus in eiuſmodi cōficiendis vtebantur, libens proferrem; ſed cùm humani generis hoſtis plerumq; huiuſmodi operationibus eorum ſeſe occultè immiſcere ſit ſolitus, multaq; circa confectionem earum Chriſtianæ pietati prorſus contraria, & à S. Matre Eccleſia iam dudum prohibita occurrant, ne tenerioribus mentibns ijs recitandis offendiculo ſim, vt nunc, ita in alijs libens ſupprimam, niſi Eccleſiæ bonum, cui ſtudeo, aliud ſuadeat; ſed hoc ijs, quibus hac in parte ſubſum, iudicandum relinquo. Habes igitur hieroglyphicum ſyſtema pulcherrimum ſanè & prorſus muſicum, quod interuallis iunctum imparibus; ſed tamen pro rata proportione diſtinctis, acuta cum grauibus temperans, varios æqualiter concētus efficit, etſi illum aures non capiant noſtræ, quippe ad ſublunares turbines, affectuumque procellas varias, veluti ad catadupa Nili obſurdeſcentes; habes omnia philoſophiæ recondita in hoc vnico ſymbolico ſchemate, in totius mundi veluti compēdio quodam & ἀνακεφαλαιώσει arcana rerum ſimilitudine adumbrata. Cuius quidem vniuerſam gloriam ab ipſo veſtibulo ſpectandam protinus exhibere nolui; tùm quòd illius ambitum, ac latè

exporrectam ditionẽ nemo perluſtret facilẽ niſi ingreſſus altiùs, vel aduſque penetralia mentem direxerit ſuam; tùm quòd eiuſdem fulgor atque infanda acies, ſic omnes perſtringat animi neruos, omnemq; exuperet dicẽdi facultatẽ, robur, & copiam, vt nullum ſit adeò fęcundum ingenij flumen, nulla tàm ſtudiosè affectata oratio, quæ veræ laudis huiuſmodi, aut ſpeciem, aut magnitudinem comprehendat. Præſtat igitur hãc ſcribendi rationem non tàm longè quæſitis encomijs perſequi, quàm (quod fieri in huiuſmodi AEgyptiorum myſterijs ſolebat) ſolo ſilentio, Numinis inſtar venerari, contenti ſcilicet vſus iſtius imagine quadam rudiuſcula, dum ſeſe Silenus hìc prorſus aperiat, radioque diuinitatis repentino cuncta perfundat. Hoc vnicum addo, qui mentẽ AEgyptiorũ ſub hac ſculptura latentẽ penetrauerit; facilè quid myſticum illud המקבלים *Hammekkabalim* pronunciatum velit, intelliget.

שיודע סוד חמחבור תפארת עם המלכות ביסוד אין סוף ומוציאות
הכמת מאין יצל ח במאמרי וידע סוד ההרים הרמים

Qui norit quomodo in arbore ſephirotico coniungãtur Tipheret & Malkuth mediãte Enſuph, & exitus ſiat Sapiẽtiæ de Meain; illuſtrabitur in verbis hiſce, & altiſſimorum montium ſecreta ſciet. Cognoſcet quoque quò vergant ænigmatica verba Algazielis Arabis Philoſophi l. de influentijs.

كل

كلّ من يعرف السلسله التى يلفق بها العالم العالى
مع التحتى هو يعرف الاسرار الطبيعية
فيفعل المعجزات

Quicunq; norit vinculum, seu catenam illam magnam superiorem mundum inferiori connectentem, sciet omnia naturæ mysteria, & mirabilium patratorem aget. Est enim ille fons omnis felicitatis cœlitus in terram deriuatus, quem Nilum cœlestem AEthiopes dicunt. Vnde & illud prouerbium mysticum AEthiopibus vsitatũ. ገዎን፡ ፈለገ፡ሰማይ፡ዘይፈለሰ፡ውኤቱ፡፡ ፈለገ፡ ወተመልአ፡ መዳር፡ብከ በኩለ፡ ሠናይተ ፡ወይሬኤየከ፡ ዲበ፡ብዕለ፡ወይሁበከ፡ሰአለተ፡፡ ልብከ፡ *Nilus cœlestis est, qui deriuatus super terram tuam, replebit eam, & pasceris diuitijs eius, & desiderium tuum adimplebitur*. Sub hoc clarè reconditum illud AEgyptiacum supra allegatum mysterium reperies. ⲟⲩⲣⲁⲛⲟ ⲁⲛⲱ, ⲟⲩⲣⲁⲛⲟ ⲕⲁⲑⲟ, ⲁⲥⲧⲣⲁ ⲁⲛⲱ, ⲁⲥⲧⲣⲁ ⲕⲁⲑⲟ, ⲡⲁⲛⲧⲁ ⲁⲛⲱ, ⲡⲁⲛⲧⲁ ⲕⲁⲑⲟ. ⲧⲁⲩⲧⲁ ⲕⲁⲧⲁⲗⲁⲃⲉ ⲕⲉ ⲉⲩⲧⲩⲭⲏⲥ. Sub hoc admirabilem illum fontem operies, de quo ita in Veterum Chaldæorum oraculis legitur. φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς, καὶ ἀρχαγγελικὸν καὶ πηγὴν αἰσθήσιος, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν, καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι, καὶ πηγαίας ἀκρότητας Απόλλωνος, Οσίριδος, Ερμοῦ,

Dictum AEthiopicum.

AEgyptiacum

Oraculum Chaldæorum.

Turba Philoso--- phorum

Ponunt ij Solem imperatorem, ſpeculorum fontem, characterum fontem, incognitis ſignis, & ſymbolis incumbentem, & ſummitates fontanas Apollinis, Oſiridis, Mercurij. Quorum myſteria diſquiruntur apud Balgũ, Eximidium, Ariaſtem, alioſque in turba Philoſophorũ. Ex hoc luculenter deniq; patebit ſagaci animo, quomodo Amor mũdi ſit excellentiſſimus metaphyſicus, Phyſicus, Aſtrologus, muſicus, Geometra, Arithmeticus, Dialecticus, Rhetor, Poeta, Hiſtoriographus, Iuriſcõſultus, Ethicus, Medicus, Nauta, Agricola, Architectus, Pictor Venator, Hortulanus, Augur, & Παντομάϊτις, verbo abſolutſſimus Magus. *Nemo igitur naturam adeat qui hunc Pana non attraxerit*. Verùm tempeſtiuè finio, ne immenſum hunc vaſtitatis Oceanum ingreſſus, pedem referre non liceat. Atque hæc ſunt Beneuole Lector, quæ antequam Theſaurum linguæ Coptæ, & poſt illum Oedipum AEgyptiacum luci darem, per hunc Prodromum meum, de vtraque AEgyptiorum lingua vulgari, & hieroglyphica, tibi intimare volui; eumq; hìc præmittere, vt expeditior & cũ maiori voluptate, ſecutura opera adires, ſimulque ad ea intelligenda hiſce præſuppoſitis fieres inſtructior. Ad methodum tamen huius Prodromi quod attinet, fateor multa me hic præterijſſe, quæ cùm explicatione longa & exacta indigerent, commodiùs

ad

ad Oedipum noſtrum remiſimus, plura me quoque eorum, quorum certa notitia haberi non poterat, obmiſiſſe, aut obſcuriora iuſto ſæpius inculcaſſe, vt fert ipſarum partium affinitas ſumma, rerumque tractandarum difficultas, vt fert demum prima quæque inuentio, de qua non dubito vſu venire mihi, quod mille alijs ſolet vt, vſus, ætas, ratio ſcilicet ſemper aliquid apportent noui, ſintque vulgato poruerbio.

δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

Interim Beneuole & candide Lector ſi quæ tibi antiquitatis hieroglyphica monumenta; ſi libri huius argumenti, ſi Gemmæ, Mumiæ, Canopi, Idola, aut alia, in quibus huius generis AEgyptum redolentia ſymbola effigiata cernuntur ſuppetant. pro cura qua bono Reip. Lit: promouendo tangeris, ea mecum, vt ea operi meo inſerta ſub nomine tuo publicentur, communicare ne graueris, memor illius Hebraici.

כל המוסף מוסיפין לו והגורע גורעין לו

Addenti addetur, & ſubtrahenti ſubtrahetur. Αφθονοι γὰρ Μουσῶν θύραι. *Expertes enim ſunt Muſarum Ianuæ inuidia.* Sic enim fiet, vt ſicuti laboris mecum, ita & fructus ſis particeps, ego verò tua opera fretus, verè dicere poſſim

Nunc te marmoreũ pro tempore fecimus; at tu ſi fætura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Finis Prodromi.

Nota.

Cùm expedito Prodromo aliquot hoc loco folia vacarent, operæ prætium me facturum existimaui, si in eorum gratiam qui variorum characterum studio delectantur, earum linguarum, quas ad confirmationem rerum assertarum hic prodromus adduxit, alphabeta quoque subiungerem; ne quicquam, quod Amanti literarum commodo & emolumento esse posset, obmisisse viderer.

	AEthiopicum siue Abyssinum								*Hebræum*	*Syriacum*	*Chald: ant:*	*Estrangelo*	*Samaritan:*	
	A	V	I	A	E	O								
	bre:	lóg:	lóg:	lóg:	lóg:	bre:								
H	ሀ::	ሁ::	ሂ	፡ሃ	ሄ:	ሆ	ሀ	h	א	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	A
L	ለ	ሉ:	ሊ	ለ:	ሌ:	ሎ:	ል	l	ב	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	B
H	ሐ	ሑ	ሒ	ሐ	ሔ	ሐ	ሕ	h	ג	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	G
M	መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ማ	ም	m	ד	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	D
S	ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሦ	ሥ	s	ה	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	H
R	ረ	ሩ	ሪ	ሬ	ሬ	ሮ	ር	r	ו	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	V
S	ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ሶ	ስ	s	ז	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	Z
K	ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቆ	ቅ	r	ח	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	hh
B	በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ቦ	ብ	b	ט	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	T
T	ተ	ቲ	ቲ	ታ	ቴ	ቶ	ት	t	י	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	
Hh	ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኆ	ኅ	hh	ך	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	
N	ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ኖ	ን	n	ל	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	
A	አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	ኦ	አ	a	ם	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	
C	ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ኮ	ክ	g	ן	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	
V	ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ዎ	ው	n	ס	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	

	AVIAEO	
H	ዐ ዑ ዒ ዓ ዔ ዕ ዖ	h
Z	ዘ ዙ ዚ ዛ ዜ ዝ ዞ	z
I	የ ዩ ዪ ያ ዬ ይ ዮ	i
D	ደ ዱ ዲ ዳ ዴ ድ ዶ	d
G	ገ ጉ ጊ ጋ ጌ ግ ጎ	g
T	ጠ ጡ ጢ ጣ ጤ ጥ ጦ	t
Pp	ጸ ጹ ጺ ጻ ጼ ጽ ጾ	p
Tſ	ፀ ፁ ፂ ፃ ፄ ፅ ፆ	ſn
Zz	ፘ ፙ ፚ ፛ ፜ ፝ ፞	zz
A	ፈ ፉ ፊ ፋ ፌ ፍ ፎ	a
Pf	ፐ ፑ ፒ ፓ ፔ ፕ ፖ	sp

Si valorem cuiuſq; literæ AEthiopicæ ſcire deſideres, accipe conſonantes à latere cum vocalibus in vertice, hæc vnà ſumpta ſyllabam dictæ literæ conſtituent.

ם	ם			I
נ	נ			K
ל	ל			L
מ	מ			M
ן	ן			N
ס	ס			A
ף	ף			Ph
ץ	ץ			Tf
ק	ק			Q
ר	ר			R
ש	ש			Sch
ת	ת			Th

Alphabetum Armenicum

ա	m	Aip	a	1
բ	բ	pien	p	2
գ	գ	Chim	ch	3
դ	դ	Ta		4
ե	ե	Iec		
զ	զ	Sſ	ſſ	6
է	է	E	e	7
ը	ը	Iet	ie	8
թ	թ	To	tt	9
ժ	ժ	Sce	ſc	0

Arabicum

	Finis.	*Medium*	*Principium*
Al	ا	ا	ا
B	ب	ب	بـ
T	ت	ت	تـ
T	ث	ث	ثـ

Ի	ի	Ini	i	1P
Լ	լ	Liun	l	30
Խ	խ	Che	chh	40
Ծ	ծ	Za	z	50
Կ	կ	Ghien	gh	60
Հ	հ	Hho	hh	70
Ձ	ձ	Zza	zz	80
Ղ	ղ	Chat	ch	90
Ճ	ճ	Ge	g	100
Մ	մ	men	m	200
Յ	յ	Hi	hi	300
Ն	ն	No	n	400
Շ	շ	Scia	ſc	500
Ո	ո	Vo	u	600
Չ	չ	Cia	c	070
Պ	պ	Be	b	800
Ջ	ջ	Cieh	cc	900
Ռ	ռ	Rra	rr	1000
Ս	ս	Se	ſ	3000
Վ	վ	Vieu	uu	3000
Տ	տ	Diun	d	4000
Ր	ր	Re	r	5000
Ց	ց	Zo	z	6000
Ւ	ւ	Hiun	hi	7000
Փ	փ	Piur	P	8000
Ք	ք	Che	cch	6000
և	և	Iecunieu	ieu	10000
Ֆ	ֆ	Fe	f	
Օ	օ	O		

G	ج	ـج	ـجـ	جـ
Hh	ح	ـح	ـحـ	حـ
Ch	خ	ـخ	ـخـ	خـ
D	د	ـد	ـد	د
D	ذ	ـذ	ـذ	ذ
R	ر	ـر	ـر	ر
Z	ز	ـز	ـز	ز
S	س	ـس	ـسـ	سـ
Si	ش	ـش	ـشـ	شـ
S	ص	ـص	ـصـ	صـ
D	ض	ـض	ـضـ	ضـ
T	ط	ـط	ـطـ	طـ
D	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ
Ain	ع	ـع	ـعـ	عـ
Gaiu	غ	ـغ	ـغـ	غـ
F	ف	ـف	ـفـ	فـ
K	ق	ـق	ـقـ	قـ
C	ك	ـك	ـكـ	كـ
L	ل	ـل	ـلـ	لـ
M	م	ـم	ـمـ	مـ
N	ن	ـن	ـنـ	نـ
He	ه	ـه	ـهـ	هـ
w	و	ـو	ـو	و
La	لا		ـلا	لا
I	ى	ـي	ـيـ	يـ

PRIMITIAE LINGVAE COPTAE

siue

AEGYPTIACAE ANTIQVAE

Ad Eminentiſſ: Principem S.R.E. Card:

FRANCISCVM BARBERINVM.

Præfatio.

CVm ita nobis, Eminentiſſime Princeps, à natura comparatum ſit, vt ijs rebus, quas aut ob nouitatem ſuſpicimus aut quarum cognoſcẽdarum feruente tenemur deſiderio, haud planè acquieſcamus, niſi plenam & integram de ijs inſtructionem capiamus, quod cùm in alijs omnibus, tùm potiſſimum in rebus ad ſcientiam pertinentibus locum habere quotidiè experimur. Certè rem haudquaquam ingratam auidis & curioſis Lectoribus me facturum exiſtimaui, ſi Prodromo iam expedito, in quo de linguę Coptę proprietatibus non niſi generatim tantùm, à me diſceptatũ fuit. Specialem quandam, breuem ac perſpicuam de huius linguę pręceptionibus ac regulis tractationem hoc loco quoque ſubijcerem, ne quicquam ad res Coptas plenè intelligẽdas in Prodromo noſtro omiſiſſe viderer. Diſcuſſa itaque ſine mora ingenti ſanè Grammaticarum Coptarum, quas partim The-

ſauro noſtro Coptarabico, partim alijs Codicibus Vaticanis prefixas reperi farragine; epitomen preſentem compilare aggreſſus ſum, quam iuxta conſuetas noſtrorum Grammaticorum leges, ab omni confuſione vindicatam, ea methodo diſpoſui, vt quęcunque vel in Arabica verſione obſcura, aut ob peregrinam tradendi methodum eſſent difficilia; ea Tyronum ingenijs accommodata, hic breuiter, clarè ac dilucidè traderentur. Ne quoque Lector forſan ob ignotę linguę ſpinoſas traditiones, vnà cum tędio animum ad ea addiſcenda abijceret: minutiorum rerum ſeu particularum quarundam plus difficultatis habentium tractationem Theſauro Copto reſeruaui, in quo Lector omnia ea quæ ad linguam eam perfectè intelligendam pertinent, Coptarabicolatinè tractata pleniùs & penitiùs reperiet. Vale itaq; munificentiſſime Princeps atque hiſce pauculis interim fruere.

LINGVAE COPTAE
seu
AEGYPTIACAE ANTIQVAE.
PARS PRIMA
CAPVT PRIMVM.
De literis Coptitarum.

Habent Coptitæ in vniuersum literas 32. quarum figuras, nomina, potestates, in sequente schemate contemplare.

Figura	Nomen	Nomen	Potestas
ⲁ ⲁ	ⲁⲗⲫⲁ	Alpha	A
ⲃ ⲃ	ⲃⲓⲇⲁ	Vida	V
ⲅ ⲅ	ⲅⲁⲙⲙⲁ	Gamma	G
ⲇ ⲇ	ⲇⲁⲗⲇⲁ	Dalda	D
ⲉ ⲉ ⲉ	ⲉⲓ	Ei	E
ⲥ ⲥ	ⲥⲟ	So	S
ⲍ ⲍ	ⲍⲓⲧⲁ	Zida	Z

Figura		Nomen	Nomen	Potestas
Ⲏ	ⲏ	Ⲏⲓⲧⲁ	Hida	I
Ⲑ	ⲑ	Ⲑⲓⲧⲁ	Thita	Th
Ⲓ	ⲓ	Ⲓⲁⲩⲧⲁ	Iauda	I
Ⲕ	ⲕ	Ⲕⲁⲃⲁ	Kabba	K
Ⲗ	ⲗ	Ⲗⲁⲩⲇⲁ	Lauda	L
Ⲙ	ⲙ	Ⲙⲓ	Mi	M
Ⲛ	ⲛ	Ⲛⲓ	Ni	N
Ⲝ	ⲝ	Ⲝⲓ	Exi	X
Ⲟ	ⲟ	Ⲟ	O	O
Ⲡ	ⲡ	Ⲡⲓ	Bi	P
Ⲣ	ⲣ	Ⲣⲟ	Ro	R
Ⲥ	ⲥ	Ⲥⲓⲙⲁ	Sima	S
Ⲧ	ⲧ ⲭ	Ⲧⲁⲩ	Dau	T
Ⲩ	ⲩ	Ⲏⲉ	H	E
Ⲫ	ⲫ	Ⲫⲓ	Phi	F
Ⲭ	ⲭ	Ⲭⲓ	Chi	Ch

Figura	Nomen	Nomen	Poteſtas
Ⲱ ⲱ	Ⲁⲩ	O	O
Ϣ ϣ	Ϣⲉⲓ	Scei	Sc
Ϥ ϥ	Ϥⲉⲓ	Fei	F
Ϧ ϧ	Ϧⲉⲓ	Chei	Ch
Ϩ ϩ	Ϩⲟⲣⲓ	Hori	H
Ϫ ϫ	Ϫⲁⲛϫⲁ	Giangia	Gi
Ϭ ϭ	Ϭⲓⲙⲁ	Scima	Sc
Ϯ ϯ	Ϯ	Dei	Di
Ⲯ ⲯ	Ⲯⲓ	Ebſi	Ps

CAPVT SECVNDVM.

De Literarum quarundam pronunciatione.

B, Vida. v cõſonans, pronunciatur vt β: velut Ⲃⲏⲑⲁⲛⲓⲁ. Vithania. Bethania.

H, Hida ſimilis eſt literæ Græcę η ,quæ I longum eſt:pronunciatur, vt I declinans ad E; ſed quãdo inuenitur cum accentu deſuper ⲏ̀, pro-

pronunciatur, I, clarum. prioris exemplum ⲏⲧⲉ quasi εἶτε. ⲛ̀ⲙⲓⲛ. imin.

Ⲛ Ⲛ, Ni. in fine dictionis mutat formam, & scribitur sic ⲓ. sicut Hebraicum ו in fine ן. Exemplum. Ⲡⲣⲉⲧⲟⲣⲓⲟⲓ ⲡⲕⲩⲕⲗⲟⲓ.

Ⲑ, Thida vt ϑ VG. Ⲑⲱⲟⲩⲧ. Thoth mensis primus AEgyptiorum.

Ⲡ, Bi. pronũciatur vt P. Ex. G. ⲡⲣⲱⲙⲓ piromi.

Ⲧ, Dau. cùm sit T. pronunciatur tamen vt D. Ex: C. ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϩϯ tetennahdi credidit.

Ⲩ, He. profertur aliquando vt I, & y, & post ⲁ est v, vocalis. Exem: C. Ⲑⲩⲃⲓ, Thybi, ⲉⲧⲓⲙⲁⲩ etimau.

Ⲫ, Phi. aliquando P, declinans ad B. Ex: C. Ⲫⲩⲗⲓⲝ Philix aut Bilix.

Ⲭ, Chi. absque aspiratione pronunciatur eâ ferè ratione quâ Galli pronunciare solent χ Græcum..

Ⲯ, Ebsi, vt ψ pronunciatur. Ex: C. Ⲯⲩⲭⲏ psychi.

Ϣ, Scei, Sc, pronũciatur vt ש Scin Hebræum & ش Arabicum. Ex: C. Ⲛⲁⲩϣⲱⲡ Nauschop.

Ϧ, Ch, cum aspiratione vt ח Hebræorum vel خ Arabum. vt Ϧⲉⲛ hhen.

Ϩ, Hori h. vt Hebræorum ה vel Arabum ه.

Ϫ

ⲭ, Giangia profertur vt I, iota Hiſpanicũ. vt hijo

ϭ, Scima, Sc, ſimilis in pronunciatione eſt, ſuperiori literæ ⲥⲩ Schei.

ϯ ⲧ, Hebræorum æquiualet, ſimile eſt Thau Samaritanorum myſtico, hoc eſt literæ Tau antiquorum Hebrẹorum, à quibus AEgyptij mutuati videntur. ſic autem ſcribitur. ϯ. à Coptis pronũciatur Di EG. ⲫϯ phtha, phda.

CAPVT TERTIVM

De varia diuiſione Literarum.

Coptitæ quoque ad valorem & poteſtatem literarum melius dignoſcendam, Hebræos imitati literas has in 5 veluti claſſes diſtinxerunt, ſecundum quinque præcipua organa, quæ natura cuique ſono diſtinctè efferendo deſtinauit, nempè in literas Gutturis, Linguæ, Palati, Dentium, & Labiorum.

Gutturis ſiue Gutturales ſunt, quæ ſpiritu in Gutture formato efferuntur; ſuntque ſequentes.

ⲁ ⲉ ⲏ ⲓ ⲩ ⲍ ⲱ

Linguæ ſiue linguales ſunt, quæ lingua ad radi-

radices dentium affixa, & inde ad inferiores relabente pronunciantur. ſuntque ſequentes.

ⲁ ⲑ ⲗ ⲛ ⲧ ⲧ ϯ

Palati ſiue Palatinæ, aere ad palatum oris protruſo pronunciantur. vt

ⲅ ⲕ ⲓ ⲭ ϧ ϫ

Dentium ſiue dentales, quæ dentibus anterioribus lingua pulſatis efferuntur. vt

ⲍ ⲉ ⲣ ⲥ ϣ ⲥ

Labiorum ſiue Labiales, quæ è labijs compreſſis erumpunt. vt

ⲃ ⲝ ⲡ ⲫ ⲯ ϥ

CAPVT QVARTVM.

De particulis ſeu literis quibuſdam genus dictionum diſtinguentibus.

Notandum hîc primò in Coptis dictionibus ſeu nominibus genus nequaquam ex fine, quemadmodum apud Latinos, Græcos, & Hebræos, aut per articulos, dignoſci; ſed ex præfixis quibuſdam literis ſeu ſignis vt ipſi vocant, quæ articulorum ad inſtar ſunt, totam nominum generis diſtinctio-

ctionem desumendam esse vt in exemplo.

1. Omnis dictio quę præfixum habuerit signum ⠏ı, indicat nomen masculinum singulare determinatum articulo, quod Arabes cognoscunt per ا & ل. vt Exem: C

⠍⠁⠗⠊	Vir.	⠍⠉⠺⠞⠓⠏	Saluator.
⠍⠑⠎⠊⠞	Semita.	⠍⠑⠁⠗⠞⠥⠗⠕⠉	Testis.

Exceptio.

Nomina propria hoc signo carent. vti etiam apud Latinos, Græcos. vt

⠇⠇⠁⠗⠅⠕⠉	Marcus	non	(⠍⠑⠁⠗⠅⠕⠉
⠠⠊⠍⠺⠝	Simon.		(⠍⠊⠍⠺⠝
⠠⠁⠥⠇⠕⠉	Saulus.		(⠍⠉⠁⠥⠇⠕⠉
⠠⠏⠁⠥⠇⠕⠉	Paulus.		(⠍⠏⠁⠥⠇⠕⠉

2 Omnis dictio quæ habuerit præfixum signum ⠞ significat nomen fœmininum determinatum, quod Arabes per ا & ت cognoscunt.

⠞⠑⠅⠅⠇⠓⠊⠁	Eccesià.	⠞⠏⠁⠗⠘⠑⠝⠕⠉	Virgo.
⠞⠆⠊⠁⠘⠝⠅⠓	Testamenuũ.	⠞⠠⠎⠊⠗⠓⠝⠓	Pax.

Signum ⠞ quoque indicat hominem (vt iuxta Arabum idioma loquar) de se ipso loquẽtem in prima persona singulari.

⠞⠝⠁⠉⠁⠭⠊	loquar.	⠞⠝⠁⠗⠏⠓⠞⠉	incipiam.
⠞⠝⠁⠞⠺⠊⠝⠞	surgam.	⠞⠝⠁⠗⠏⠑⠇⠊⠉	sperabo.

Omnis dictio quæ initio habuerit præfixum signum ⠝ı, indicat pluralitatem nominum, vel fœmininorum vel

masculinorum, determinatè seu cum articulo ⲁⲗ ab Arabibus cognitam.

ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ		Viri.
ⲛⲓⲥⲓⲟⲙⲓ		Mulieres.
ⲛⲓⲙⲙⲁⲓⲟⲩ	pluralis numeri.	Fontes
ⲛⲓⲫⲏⲓ		Cœli.
ⲛⲓⲧⲱⲟⲩ		Montes
ⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ		Angeli

Omnis dictio quæ signum ⲟⲩ habuerit præfixum; significat nomen masculinorum vel fæmininorum indeterminatè; hoc est sine articulo.

ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	Vir.	ⲟⲩⲏⲓ	Domus.
ⲟⲩⲥⲓⲙⲓ	Mulier.	ⲟⲩⲓⲱⲧ	Pater.

Omnis dictio quæ præfixum habuerit signum ⲛⲁⲓ, indicat nomina pluralia indeterminatè sine articulo, vel sine ⲁⲗ cognita.

ⲛⲁⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angeli.	ⲛⲁⲓⲙⲙⲁⲩ	Matres.
ⲛⲁⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ	Prophetæ.	ⲛⲁⲓⲣⲱⲙⲓ	Viri.

CAPVT. V.

De octo literis Seruilibus mensurantibus omnem dictionem tàm in nominibus quàm verbis.

Nota. Quemadmodũ in cæteris linguis Orientalibus, literæ quædam sunt, quarũ additione vel subtractione, in cer-

certã alicuius dictionis significationem deuenimus, quas & ideò seruiles vocant, sic etiam in lingua Copta octo tenentur Literæ, quarum vnaquæque iterum alia 14 signa habet. quibus omnis dictio in nominibus & verbis mensuratur. Sed de his in sequentibus

PARS II.

De Nomine.

In nominibus Coptiticis 5 considerandæ sunt; Qualitas, Species, Genus, Numerus, Casus, de quibus breuiter totidem capitibus agendum.

CAPVT. I.

De qualitate Nominum AEgyptiorum.

Qualitate apud AEgyptios, & Coptitas, sicuti & apud cæteras gentes, nomen aliud est substantiuum, aliud adiectiuum. Substantiuum verò iterum est vel

Proprium		vel	Appellatiuum	
Ⲓⲱⲁⲛⲛⲉⲥ	Ioannes		ⲣⲱⲙⲉ	Vir.
vt Ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ	Iacobus	vt	ⲙⲁⲧ	Pater.
Ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	Marcus		ⲧⲕⲁϩⲓ	Terra
Ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	Petrus.		ⲙⲙⲱⲟⲩ	Aqua.

Adiectiuorum verò

aliud est propriè dictum

aliud est adiectiuum: adiectiuum demonstrat:

Adiect:propriè		Adiect:demonstr:	
ⲟⲩⲁⲁⲩ	magnus.	ⲫⲁⲓ.	hic.
VG. ⲉⲛⲉⲥⲉ	Bonus. VG.	ⲛⲁⲩⲟⲥ	illa vel hæc.
ⲥⲩⲉ	multus.	ⲑⲁⲓ	ille.

Quibus proprium & adiectiuum demonstratiuum est sua natura restricta sunt & determinata; Appellatiuum autem & reliqua adiectiua, latè patentia & vaga restringuntur præfixo articulo. vti in superioribus exemplis patet, vbi vides articulum V.G. ⲡⲓ masculini generis, nequaquam proprijs nominibus, sed appellatiuis tantùm adiũgi.

CAPVT. II.

De Specie Nominum.

Species apud Coptitas duplex est, Primitiua & Deriuatiua. Nomen primitiuũ est, quod nõ deriuatur aliunde, vt

ⲧⲫⲉ	Cœlum	ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angelus.
ⲡ̄ⲟⲥ	Dominus.	ⲡⲛ̄ⲁ	Spiritus.

Deriuatiuum verò quod ab alio deriuatur. estque verbale & Nominale. Verbale est quod deriuatur à verbo, qualia ferè sũt omnia adiectiua & participia: vt ⲉⲓⲥⲁⲭⲓ. loquens. & cætera quæ à verbo formãtur. Nominale verò est quod à nomine originẽ suã trahit; qualia sunt omnia illa adiectiua, quæ ab appellatiuo quopiam formantur. vt

ⲡⲛ̄ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ	deducuntur à	(ⲡⲛ̄ⲁ	Spiritus.
ⲥⲁⲣⲕⲓⲕⲟⲛ		(ⲥⲁⲣⲝ	caro.

ⲥⲁ

σαμαρίτης	deducuntur à	(σαμαρία	Samaria
λευίτης		(λευι	Leui.
συρος		(†συρια	Siria.
σωματικον		(σωμα	corpus.

His quoque annumerari possunt, nomina deriuatiua locorum, quæ formantur præfixa particula, πρεσ vt

πρεσβυτερος	Alexandrinus.
πρεσβυναζαρεθ	Nazarenus.
πρεσβυρωμαι	Romnus.a
πρεσβυνικη	Nicænus

Sunt præter hæc multa alia deriuatiua nomina, veluti loci, temporis, instrumenti, actionis, vicis, possessionis, diminutionis, similiaque; Verùm ne similibus nominum monstris horrorem Lectori inferamus, vtpote ad nostrum institutum non magni momenti futurorum, consultò hoc loco ea omittenda censuimus.

CAPVT. III.

De genere Nominum.

Genus duplex est, masculinum & fœmininum; Fœminina sunt ex significatione. 1. Nomina mulierum, & ea quæ mulieribus tantùm conueniunt, vt Μαρια Maria. Λουκια Lucia. Καθαρινα Catharina. 2. Nomina Regionum & Vrbium. vt Χημι AEgyptus. Αλεξανδρια Alexandria. †αραβια Ara-

Arabia. Ⲕⲩⲡⲣⲟ́ⲥ Cyprus. Ⲥⲉⲃⲉⲥⲧⲁ Sebaſta. & ſic cæteris.

3. Omnia nomina appellatiua facillimè cognoſcuntur ex præfixo ſibi articulo, quo nunquam carent. cuius rei cape ſequentem regulam.

Omnia nomina maſculina vno ex his 4 ſignãtur articulis.

Ⲡ. Ⲡⲓ. Ⲫ. Ⲫⲏ.

Eexplum

Ⲡⲣⲉϥϯⲥⲃⲱ	Magiſter.	ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ	Mundus.
ⲡⲣⲱⲙⲓ	Vir homo.	ⲡⲗⲟⲅⲓⲟⲛ	Rationale.
Ⲫⲣⲁⲛ	Nomen	ⲡⲭⲣⲱⲙ	Ignis.
Ⲫⲏⲉⲧϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ	dicens	ⲡⲑⲏⲟⲩ	Aer.
ⲡⲡⲛⲁ	Spiritus.	ⲡⲙⲱⲟⲩ	Aqua.
ⲡⲥⲱⲛⲧ	Creatio.	ⲡⲕⲁϩⲓ	Terra.

Regula 2.

Omnia nomina quæaliquẽ ex his 5 habuerint præfixũ articulũ, erunt generis fæminini. Articuli autem ſunt iſti.

Ⲑ. Ⲧ. Ⲧⲁ Ⲧⲉ. ϯ.

Exempla.

Ⲑ	Ⲑⲃⲁⲕⲓ		Ciuitas.
Ⲧ	Ⲧϩⲓⲣⲏⲛⲏ		Pax.
Ⲧⲁ	Ⲧⲁⲡⲁⲣⲭⲏ	hoceſt.	Toparcha
Ⲧⲉ	Ⲧⲉϩⲛⲏ		Voluntas.
ϯ	ϯⲛⲏϫⲓ		Venter.
ϯ	ϯⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ		Salus.

Ho-

Horum ⲡ omnium dictorum articulorum vſitatiſſimus eſt, & frequentiſſimus.

Regula 3.

Omnis dictio quæ ſignum ⲟⲩ initio habuerit præfixum, ſignificat nomen fœmininum vel maſculinum indeterminatè, ſine articulo.

ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ	Vir.	ⲟⲩⲏⲓ	Domus
ⲟⲩⲥⲟⲓⲙⲉ	Mulier.	ⲟⲩⲥⲟ	Frater.
ⲟⲩⲓⲱⲧ	Pater.	ⲟⲩⲙⲁϩ	Mater.

Quomodo verò ſpecificetur hæe particutla, in arabica lectione ſuprà diximus.

CAPVT. IIII.

De numero Nominum AEgyptiacorum

Numeri nominum apud Coptitas ſunt tres. Singularis, dualis, pluralis. De ſingulari, eiuſque ſignificatione in præcedentibus dictum eſt; de duali & plurali cape ſequentes regulas.

Regula I. Omne nomen pluralis numeri determinatę ſignificationis, ſiue id maſculinum fuerit, ſiue fęmininum deſignatur per præfixos hoſce articulos.

Ni. Ne. Nh. N.

Sing:		Plural;	
ⲡⲣⲱⲙⲓ	homo.	ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ	homines.
ⲡⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ	mortuus.	ⲛⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ	mortui.
ⲡⲫⲓⲛ	futurum.	ⲛⲏⲫⲓⲛ	futura.
ⲡⲉϫⲱⲣϩ	nox.	ⲛⲓⲉϫⲱⲣϩ	noctes.
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	mulier.	ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ	mulieres.
ϯⲫ	cœlum	ⲛⲓⲫⲏⲓ	cœli.

Regula 2. Omne nomen indeterminatum pluralis numeri, ſiue id fuerit maſculini, ſiue fæminini generis, deſignatur per præfixum articulum. ϩⲁⲛ.

Sing:		Plur:	
ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	homo.	ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ	homines.
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	mulier.	ϩⲁⲛⲥϩⲓⲙⲓ	mulieres.
ⲟⲩⲙⲁⲩ	mater.	ϩⲁⲛⲙⲁⲩ	matres.
ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angelus.	ϩⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angeli.

Ex quibus patet Cophtam linguam in inflexione nominum, nullam cum Græcis habere communionem; Apud Græcos enim pluralis cognoſcitur ex fine nominis; ſecus apud Cophtitas; apud quos ipſa ſubſtantia nominis ſemper manet intacta, ſola mutatione facta in additione particularnm dictarnm.

Regula 3. Omne nomen ſiue id maſculinum fuerit ſiue fæmininum, cuius initium ſignatur articulo ϩⲁⲛ aut ⲛⲓ & finis litera ⲃ, quod duo Cophtitis ſignficat, dualis eſt numeri. Vt

ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	Viri.	ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓⲃ	duo Viri.

ⲟⲩⲥϩⲓ

ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	mulier.	ϩⲁⲛⲥϩⲓⲙⲓⲃ	duę mulieres.
Ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angelus.	ϩⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥⲃ	duo Ang:
ⲟⲩⲙⲁⲩ	mater.	ϩⲁⲛⲙⲁⲩⲃ	duæ matres.
ⲡⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ	discipulus.	ⲛⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥⲃ	duo discip:
Ⲧⲫⲉ	Cœlum.	ⲛⲓⲫⲛⲟⲩⲓⲃ	duo Cœli.
Ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ	Rex.	ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩⲃ	duo Reges.

Tota igitur generis nominum cognitio consistit in hisce signis seu literis præfixis. quæ si diligenter aduerteris, nullam difficultatem inuenies in cognoscen do genere nominum Coptorum.

Masc:sing:	Fæm:sing:	Com:sing:	Plur:com:	Plur:com:
Ⲡ	Ⲑ	Ⲟⲩ	Ⲛⲓ	ϩⲁⲛ
Ⲡⲓ	Ⲧ	ⲟⲩ	Ⲛⲉ	ϩⲁⲛ
Ⲫ	Ⲧⲁ	ⲟⲩ	Ⲛⲏ	ϩⲁⲛ
Ⲫⲏ	Ⲧⲉ	ⲟⲩ	Ⲛ	ϩⲁⲛ
	ϯ			

CAPVT V.

De Casu Nominum.

Quemadmodum apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, AEthiopes, quibusdam articulis nominibus præfixis constituuntur casus; sic etiam apud Coptitas, quamuis eorum non tanta ratio habeatur, vt in linguis Occidētalibus. cùm affixa fermè omnē eorum defectū facilè supplere possint.

Præter particulas tamē sequētes Ⲡⲓ. ϯ. ⲟⲩ. ⲛⲓ. ϩⲁⲛ.

quæ nominatiuis casibus tàm in singulari quàm plurali aut duali vti dictum est, inseruiunt; alias quoque particulas cæteris casibus promiscuè seruientes Coptitis reperio. suntque sequentes.

ⲛ̀ⲧⲉ. ⲛ. ⲙ̀.

Ⲛⲧⲉ. Genitiui particula est. maximèque conuenit nomini quod est in regimine. Quemadmodum in sequentibus exemplis patet.

ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ Cœli Cœlorum.
ⲟⲩⲙⲁⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ Mater Dei.
ⲟⲩϩⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲕⲁϩⲓ facies terræ.
ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲕⲁϩⲓ Reges terræ.
Ϧⲉⲛⲛⲉⲛϫⲓϫ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲛϫⲁϫⲓ de manibus inimicorũ.
Ⲡⲟⲩⲧⲁϩ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉϫⲓ fructus ventris tui.
ⲫⲛⲟϩⲉⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲕⲟⲩⲓⲛⲁⲙ salus dexteræ tuæ.
ⲫⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁⲃⲁⲗ Lumẽ oculorũ meorum.
ⲧϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲁϩⲉⲗⲡⲓⲥ virtus spei meæ.

Particulas verò alteras ⲛ̀. & ⲙ̀. sæpè quoque genitiuo præfixas reperio. vt

Ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ Corpus Domini.
ⲫⲩⲗⲏ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁ Tribus Iuda.
ⲫⲙⲛⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲕϫⲓⲛⲓ signum aduentus tui.

Plerumque tamen hæ particulæ promiscuè datiuo & accusatiuo inseruiunt.

In datiuo exempla sunt sequentia

ⲡⲗⲏ

Πληνουοι ⲙ̀πιρωⲙⲓ	Veruntamen væ homini.
ουηρⲛ̀ⲥⲟⲡ	Quot vicibus.
ⲛ̀ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ	Discipulis suis &
ⲛ̀ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ	Apostolis sãctis(dedit)
ϯⲙ̀ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲡⲓⲧⲉⲃⲓ	da Petro denarium.
ⲁϥϯⲛ̀ⲛⲓϩⲏⲕⲓ	dedit pauperibus.

In Accusatiuo exempla.

Ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲕ	Accepit panem.
Ⲡⲟⲥ ⲉϥⲉⲛⲟϩⲉⲙ ⲛ̀ⲛⲓⲑⲙⲏⲓ	Dominus saluat iustos.
ⲛⲑⲟⲕ ⲉⲧⲥⲱⲟⲩⲛ) ⲛ̀ⲧⲁⲭⲓⲛϩⲉⲙⲥⲓ)	tu scis sessionem meam
ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲭⲓⲛⲧⲱⲛⲧ	& resurrectionem meam.
ⲉϥⲉⲟⲩⲟⲣⲡϥ ⲛ̀ϫⲉ-) ⲫϯ ⲙ̀ⲡⲉϥⲛⲁⲓ)	mittet Deus misericordiã suã

Verùm hæ duæ particulæ ⲛ̀, & ⲙ̀. quando Datiuo, Accusatiuo, aut genitiuo inseruiant; aut quæ sint Regulæ ad id cognoscendum cùm fusiorem tractationem requirant, in Thesaurum distulimus dicere; ibi enim Regulas singularum harum particularum volente Deo fusiùs declarabimus. Quare eò Lectorem remittimus.

Porrò Vocatiuus & Ablatiuus propria quoq; sibi vendicant præfixa. Vocatiuus quidẽ Ⲛⲁ. ⲱ. ϩⲱ. ϫⲉ. vt ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛⲁⲡⲁⲗⲁⲟⲥ audi o popule meus. ⲱ̀ϯⲥϩⲉⲙⲓ ô mulier. ϩⲱⲥⲡⲟⲥ Domine. vel ϫⲉⲡⲟⲥ.

Quamuis Ablatiuum Coptitæ non habeant, exprimũt tamen eũ per adiũctas particulas ⲓⲭⲉⲛ. ϩⲉⲛ. ⲉϧⲟⲗ. ⲉϧⲟⲗϩⲉⲛ. hoc eſt, de, in, ex, ab. quemadmodum in alijs linguis fieri ſolet.

Paradigma declinationis.

Sing: Num:

Nom:	Ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ	Vir.
Gen:	ⲛ̀ⲧⲉⲣⲱⲙⲉ	Viri.
Dat:	ⲉ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Viro.
Accuſ:	ⲛ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Virum.
Voc:ô	ⲱ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Vir.

Ablatiuo præponunt ⲉϧⲟⲗ. ⲉϧⲟⲗϩⲉⲛ. ϩⲉⲛ. vt ⲉϧⲟⲗⲡⲓⲣⲱⲙⲉ. ⲉϧⲟⲗϩⲓⲛⲓⲣⲱⲙⲉ. ϩⲉⲛⲛⲓⲣⲱⲙⲉ à Viro.

Plura: Num:

Nom:	ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Viri.
Gen:	ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Virorum.
Dat:	ⲉ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Viris.
Accuſ:	ⲛ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	Viros.
Vocat:	ⲱ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ	ô Viri.

Loco Ablatiui præponunt nomini ⲉϧⲟⲗ ϩⲉⲛ.

Pars

PARS III.

De Pronomine.

Nominis vicem ſubeunt Pronomina; quę ſunt ſeparata, vel alijs vocibus affixa. Separata ſunt triplicia, Perſonalia, Demonſtratiua, & Relatiua, quæ generibus & numeris variantur.

CAPVT I.

De Pronomine Perſonali.

	1 Perſonæ.	2 Perſonæ.	3 Perſonæ.
Sing:	ⲁⲛⲟⲕ ego.com:	ⲛⲧⲟⲕ) mas: tu. ⲛⲑⲟ) fæm:	ⲛⲧⲟⲩ ille mas. ⲛⲧⲟⲥ illa fæm:
Plur:	com: ⲁⲛⲟⲛ nos.	ⲛⲑⲱⲧⲛ vos.	ⲛⲑⲱⲟⲩ illi.

Datiuos pronominum hiſce vocabulis exprimunt Coptitæ. ⲛⲏⲓ mihi. ⲕⲁⲣⲱⲕ tibi. ⲛⲧⲟⲩ illi. vel fæm: ⲛⲧⲟⲥ. Plural: ⲛⲁⲛⲟⲛ nobis. ⲛⲱⲧⲛ vobis. ⲛⲧⲟⲟⲩ illis. Reliqui caſus Pronominum ſeparati à nominibus & verbis quibus affigũtur, eſſe nõ poſſunt, vti videbitur.

CAPVT II.

De Pronomine Demoſtratiuo & Relatiuo.

Demonſtratiuum duplex eſt, propinquum & remotum.

Pro-

	Propinquum.	Remotum.	Relatiuum.
Sing;	(maſ: ⲫⲁⲓ Hic.	ⲫⲏⲧⲉⲙⲙⲁⲩ	ⲫⲏ Qui.
	(fęm: ⲑⲁⲓ Hęc.	ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ Iſte.	ⲑⲏ Quæ.
		ⲑⲏⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ	
		ⲉⲧⲁⲩ Iſta.	
Plural:	ⲛⲏ Hi.	ⲛⲏⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ Illi.	ⲛⲏ qui.com:

Nota. ⲫⲏ. ⲑⲏ. ⲛⲏ. relatiua admittũt etiã ⲉⲧⲁⲩ. vt ⲫⲏⲉⲧⲁⲩ, ⲑⲏⲉⲧⲁⲩ. qui, quæ. aliquando etiam vſurpantur reiecto ⲫⲏ. ⲑⲏ. vt ⲡⲓⲣⲱⲙⲉⲫⲏⲉⲧⲁⲩ ϫⲫⲟϥ. hic vir qui genuit. omiſſo ⲫⲏ ſic dicitur. ⲡⲓⲣⲱⲙⲉⲉⲧⲁⲩϫⲫⲟϥ idem, ⲧϫⲉⲓⲙⲉⲑⲏⲉⲧⲁⲩ ⲙⲉⲓⲙⲙⲟⲥ. hæc mulier quæ genuit. ſic redditur, ⲧϫⲉⲓⲙⲉⲉⲧⲁⲩⲙⲉⲓⲙⲙⲟⲥ. Sed de reliquis relatiuis & ĩterrogatiuis fuſiùs tractabimus in ſectione de aduerbijs

PARS IV.

De affixis & præfixis eorumque Ratione apud Coptitas.

Affixa vocantur Pronomina inſeparabilia à fine nominibus adiuncta, innuuntque ſignificationem poſſeſſiuam. in quorum poſitionem Coptitæ à cæteris Orientalibus diſcordant; ſubinde enim ea ponunt in fine, ſubinde initio; in medio quoque verborum ea poni ex ſequẽtibus patebit; vtuntur ad omnem poſſeſſiuam ſignificationem indicandam octo potiſſimùm literis, tot nimirum quot diuer-

diuersis modis alicuius rei possessio considerari potest. Suntque sequentes de quibus & fusiùs alibi.

ⲁ. ⲓ. ⲕ. ⲛ. ⲧⲉⲛ. ⲉ. ⲣⲉ. ⲫ. ⲥ. ⲩ.

1. ⲁ. in dictione occurrens indicat personam loquẽtem de seipsa, hoc est iã personam singul:numeri ⲡⲁⲟⲥ Dominus meus. ⲡⲁⲓⲱⲧ Pater meus. ⲡⲁⲛⲟⲩϯ Deus meus:vbi nota initialem literam ⲡ. articulum gen: masc: coniunctam literæ ⲁ constituere vocem possessiuam in prima persona masc:gen:vt ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ Vir, cum affixo ⲡⲁⲣⲱⲙⲉ Vir meus.

2. ⲓ litera idem significat person: primã singul: num: quæ ponitur nũc in principio,nũc in fine.vt ⲡⲉⲧⲉϩⲓⲙⲓ voluntas mea. ⲁⲓⲥⲁϫⲓ locutus sum. ⲙⲙⲓ mihi.

3. ⲕ indicat secundam personam masculini gen:E.C. ⲡⲉⲕⲟⲥ Dominus tuus. ⲡⲉⲕⲱⲧ Pater tuus. ⲡⲉⲕⲛⲟⲩϯ Deus tuus. ⲁⲕⲥⲁϫⲓ locutus es. ϧⲁⲣⲟⲕ tibi

4. ⲛ significat primam personam pluralis numeri loquẽtẽ de seipsa. vt ⲡⲉⲛⲟⲥ Dominus noster. ⲡⲉⲛⲱⲧ Pater noster. ⲁⲛⲛϩϯ credimus. ⲉⲣⲟⲛ à nobis.

5. ⲧⲉⲛ indicat 2 personam pluralis numeri. vt E.G. ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲟⲥ verba vestra. ⲡⲉⲧⲉⲛⲟⲥ Dominus vester. ⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ locuti esti ⲛⲱⲧⲉⲛ vobis.

6. ⲥ indicat personam 2 præsentem vt ⲡⲉⲟⲥ Dominus tuus, ⲧⲉⲟⲥ Domina tua.

7. ⲫⲉ indicat 2 personã præs: vt ⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ locuta es.

8. ⲩ

8. ϥ significat 3 persónam masculinam. vt ⲡⲉϥⲣⲁⲛ nomen eius. ⲁϥϫⲓⲙⲓ inuenit. ⲫⲱϥ ei.

9. ⲥ significat fæmin: in 3 persóna loquentem. vt ⲡⲉⲥⲛⲟⲩϯ Deus eius.

10. ⲩ. 3 persónæ plural:num: vt ⲡⲟⲩⲟⲥ Dominus eorum. ⲁⲩⲥⲱⲙϯ fecerunt. ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ eis.

Paradigma expansum.

Paradigma Nominis affixati.

Singularis.

ⲁ	Ⲡⲁⲟⲥ	Dominus meus.
ⲕ	Ⲡⲉⲕⲟⲥ	Dominus tuus.
ⲉ	Ⲡⲉⲟⲥ	Dominus tuus fæm:
ϥ	Ⲡⲉϥⲟⲥ	Dominus suus vel eius.
ⲥ	Ⲡⲉⲥⲟⲥ	Dominus eius fæm:
ⲛ	Ⲡⲉⲛⲟⲥ	Dominus noster.
ⲧⲉⲛ	Ⲡⲉⲧⲉⲛⲟⲥ	Dominus vester.
ⲩ	Ⲡⲟⲩⲟⲥ	Dominus eorum.

Pluralis.

ⲁ	Ⲛⲁⲟⲥ	Domini mei.
ⲕ	Ⲛⲉⲕⲟⲥ	Domini tui.
ϥ	Ⲛⲉϥⲟⲥ	Domini sui masc:
ⲥ	Ⲛⲉⲥⲟⲥ	Domini eius f.
ⲛ	Ⲛⲉⲛⲟⲥ	Domini nostri.
ⲧⲉⲛ	Ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲥ	Domini vestri.
ⲩ	Ⲛⲟⲩⲟⲥ	Domini eorum.

aliud

	Sing:	Aliud.	Plur:
ⲁ	ⲡⲁϩⲟ facies mea.		ⲡⲁϩⲟ facies meæ.
ⲕ	ⲡⲉⲕϩⲟ facies tua.		ⲡⲉⲕϩⲟ facies tuæ.
ⲩ	ⲡⲉϥϩⲟ facies eius.		ⲡⲉϥϩⲟ facies eius.
ⲥ	ⲡⲉⲥϩⲟ facies eius f.		ⲡⲉⲥϩⲟ facies eius f.
ⲛ	ⲡⲉⲛϩⲟ facies noſtra.		ⲡⲉⲛϩⲟ facies noſtrę.
ⲧⲉⲛ.	ⲡⲉⲧⲉⲛϩⲟ facies veſtra.		ⲡⲉⲧⲉⲛϩⲟ facies veſtrę.
ⲩ	ⲡⲟⲩϩⲟ facies eorum		ⲡⲟⲩϩⲟ facies eorũ.

Non ſecus reliqua nomina maſc: generis occurrentia formanda ſunt, vt ⲣⲱⲙⲉ homo, vir. ⲡⲁⲣⲱⲙⲉ Vir meus. ⲡⲉⲕⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲉϥⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲟⲩⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲉⲛⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲉⲧⲉⲛⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲟⲩⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲁⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲉⲕⲣⲱⲙⲉ, ⲡⲉϥⲣⲱⲙⲉ, &c. Sic quoque ⲡⲓⲱⲧ Pater. vt dictum eſt. ⲡⲁⲓⲱⲧ Pater meus. ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ, ⲡⲉϥⲓⲱⲧ, ⲡⲉⲥⲓⲱⲧ, ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ. & ſic de reliquis.

Paradigma Nominum fæminini gen: cum affixis.

ⲁ	ⲧⲁⲇⲟⲥ	Domina mea.
ⲕ	ⲧⲉⲕⲇⲟⲥ	Domina tua.
ⲩ	ⲧⲉϥⲇⲟⲥ	Domina eius.
ⲥ	ⲧⲉⲥⲇⲟⲥ	Domina eius.
ⲛ	ⲧⲉⲛⲇⲟⲥ	Domina noſtra.
ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲧⲉⲛⲇⲟⲥ	Domina veſtra.
ⲩ	ⲧⲟⲩⲇⲟⲥ	Domina eorum.

Aliud.

ⲁ	ϯⲁⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax mea.

K	ⲧⲉⲕⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax tua.
Ч	ⲧⲉⲩⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax eius.
C	ⲧⲉⲥⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax eius f:
N	ⲧⲉⲛⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax noſtra.
ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲧⲉⲛⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax veſtra.
Ϥ	ⲧⲟϥⲥⲓⲣⲏⲛⲏ	Pax eorum.

Aliud Sing:

ⲁ	ⲧⲁⲙⲁⲩ	mater mea.
K	ⲧⲉⲕⲙⲁⲩ	mater tua.
Ч	ⲧⲉⲩⲙⲁⲩ	mater ſua.
C	ⲧⲉⲥⲙⲁⲩ	mater eius f:
N	ⲧⲉⲛⲙⲁⲩ	mater noſtra.
ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲧⲉⲛⲙⲁⲩ	mater veſtra.
Ϥ	ⲧⲟϥⲙⲁⲩ	mater eorum.

Plural:

ⲁ	ⲛⲁⲙⲁⲩ	matres meæ.
K	ⲛⲉⲕⲙⲁⲩ	matres tuæ.
Ч	ⲛⲩⲙⲁⲩ	matres eius.
C	ⲛⲉⲥⲙⲁⲩ	matres eius f:
N	ⲛⲉⲛⲙⲁⲩ	matres noſtræ.
ⲧⲉⲛ	ⲛⲉⲧⲉⲛⲙⲁⲩ	matres veſtræ.
Ϥ	ⲛⲟϥⲙⲁⲩ	matres eorum.

Atque ex his & ſimilibus exemplis facilè cognoſces qua ratione quoduis aliud verborum, quo ad affixa ſua formandum ſit.

PARS V.

De Verbo eiusque particulis.

Multa mihi hìc de varia verbi subdiuisione Coptitis vsitata, dicenda forent. verùm quandoquidem eam tractationem Thesauro nostro reseruauimus; solùm hìc methodum, qua in verborum inflexione vtuntur, à nostra admodum diuersam, ostendemus. Vt methodus nostra spinosioribus minutijs remotis Tyronibus facilior reddatur & planior. Notandum itaque Coptitas octo characterum, vel potius particularum nunc in alia, & alia signa diuisarum subsidio, omnem cùm nominum: tùm verborum inflexionem metiri. Sunt autem dictæ particulæ veluti signa quædam seu indices generis, numeri, casus, personæ, modorum, temporum, aliarumque circumstantiarum, quæ in nominibus & verbis passim à Grammaticis considerantur. Huiusmodi itaque particularum cognitionem si habueris, difficile non erit, quoduis verbum Coptum coniugare. particulæ sunt sequentes.

ⲁ. ⲉⲓ | ⲛ | ⲫ | ⲕ | ⲥ | ⲉⲣ | ⲁⲩ ⲟⲩ. | ⲉⲣⲧⲉⲓⲛ.

Verùm vt maiori claritate procedamus, tractatũ hunc de verbo in totidem partes, quot particulæ sunt, subdiuidemus, vt singularũ particularum seu notarum in nominibus, & verbis occurrentiũ, officia melius percipiantur.

Diuisio prima.

Ac primũ quidem signuum ⲁ. ⲉⲓ, indicat personã de seipso loquẽtẽ in nominibus, hoc est denotat affixũ primę

persone. Ac primò quidē in nominibus. hęc signa habet.

1 ⲡⲁ ⲡⲁⲟⲥ Dominus meus.
2 ⲙⲁ ⲙⲁⲟⲥ Domini mei.
3 ⲧⲁ ⲧⲁⲟⲥ Domina mea.

In verbis verò præteriti temporis habet hęc signa.

signa Exemplum.
ⲁⲓ 1 ⲁⲓⲥⲁϫⲓ Locutus sũ, vel loquebar.
ⲉⲧⲁⲓ vt 2 ⲉⲧⲁⲓⲥⲁϫⲓ Cùm locutus sim.
ⲛⲁⲓ 3 ⲛⲁⲓⲥⲁϫⲓ Locutus erã vel loquebar.

In verbis verò futuri temporis hæc signa habet.

Exemplum futuri.
ⲉⲓⲉ 1 ⲉⲓⲉⲥⲁϫⲓ loquar.
ⲉⲓⲛⲁ 2 ⲉⲓⲛⲁⲥⲁϫⲓ volo loqui.
ⲉⲩⲣⲓ 3 ⲉⲩⲣⲓⲥⲁϫⲓ vt loquar.
ⲛ̀ⲧⲁ) 4 ⲛ̀ⲧⲁⲥⲁϫⲓ) loquar.
ⲙⲁⲣⲓ) ⲙⲁⲣⲓⲥⲁϫⲓ)
ⲉϥ 5 ⲉϥⲥⲁϫⲓ qui loquar.
ⲉⲩⲁⲓ 6 ⲉⲩⲁⲓⲥⲁϫⲓ quia loquar.

In verbis verò temporis præsentis habet hoc signum

ⲓ. ⲓⲥⲁϫⲓ ego loquor.

Diuisio Secunda.

Litera N significat hominem, seu personam loquentem de seipso & de alio. id est persona consorte: habetque signa quindecim. Ac primo quidem in nominibus hæc 3 signa habet. ⲛⲉⲛ, ⲛⲉⲛ, ⲛⲉⲛ.

ⲛⲉⲛ

ⲡⲉⲛ	1	ⲡⲉⲛⲟⲥ	m. Dominus noſter.
ⲛⲉⲛ	2	ⲛⲉⲛⲟⲥ	m. Dominini noſtri.
ⲧⲉⲛ	3	ⲧⲉⲛⲟⲥ	f. Dominæ noſtræ.

In verbis verò præteriti temporis hæc 4 ſigna habet.

ⲁⲛ	1	ⲁⲛⲥⲁϫⲓ	Locuti ſumus.
ⲉⲧⲁⲛ	2	ⲉⲧⲁⲛⲥⲁϫⲓ	(cùm locuti fuerimus. (vel cùm loqueremur
ⲛⲁⲛ	3	ⲛⲁⲛⲥⲁϫⲓ	Locuti fuimus.
ϣⲁⲛ	4	ϣⲁⲛⲥⲁϫⲓ	(Quia locuti ſumus vel (vt locuti fuerimus.

In verbis futuri hæc octo ſigna habentur.

ⲉⲑⲣⲉⲛ	1	ⲉⲑⲣⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Vt loquamur.
ⲛⲉⲛ	2	ⲛⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquemur.
ⲉⲛⲛⲁ	3	ⲉⲛⲛⲁⲥⲁϫⲓ	Volumus loqui.
ⲛ̀ⲧⲉⲛ	4	ⲛ̀ⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Vt loquamur.
ⲙⲁⲣⲉⲛ	5	ⲙⲁⲣⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquamur.
ⲉⲧⲉⲛ	6	ⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Qui loquemur.
ⲧⲉⲛ	7	ⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquemur.
ϣⲁⲛ	8	ϣⲁⲛⲥⲁϫⲓ	Quia loquemur.

In verbis denique præſentis temporis hoc ſignum habet ⲉⲛ, vt ⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquimur vel loquentes ſumus.

Diuiſio 3.

Tertia verò Litera ϥ, ſignificat tertiam perſonam præſentem ſiue affixum 3 perſonæ, habetque ſigna 14.

ac

ac primò quidem in nominibus 3 ſigna habet.

ⲡⲉϥ 1 ⲡⲉϥⲟⲥ m. Dominus eius vel ſuus.
ⲛⲉϥ 2 ⲛⲉϥⲟⲥ m. Domini eius, vel ſui,
ⲧⲉϥ 3 ⲧⲉϥⲟⲥ f. Domina eius, vel ſua

In verbis pręteriti temporis habet ſigna, tria vt ſequitur.

ⲁϥ 1 ⲁϥⲉⲥⲁⲱⲓ Locutus eſt. (ille videlicet)
ⲉⲧⲃⲉϥ 2 ⲉⲧⲃⲉϥⲥⲁⲱⲓ Cùm locutus eſſet.
ⲛⲁϥ 3 ⲛⲁϥⲥⲁⲱⲓ Locutus erat vel loquebatur.

In verbis verò futuri tęporis, 7 ſigna habet. vt ſequitur.

ⲉϥϯ 1 ⲉϥⲉⲥⲁⲱⲓ Loquetur.
ⲉϥⲛⲁ 2 ⲉϥⲛⲁⲥⲁⲱⲓ velit loqui ſeu locuturus eſt.
ⲉⲃⲣⲉϥ 3 ⲉⲃⲣⲉϥⲥⲁⲱⲓ Vt loquatur.
ⲓⲛⲧⲉϥ 4 ⲓⲛⲧⲉϥⲥⲁⲱⲓ Vt loquatur
ⲙⲙⲁⲣⲉϥ 5 ⲙⲙⲁⲣⲉϥⲥⲁⲱⲓ Loquetur.
ⲉⲧⲉϥ 6 ⲉⲧⲉϥⲥⲁⲱⲓ Qui loquetur.
ⲫⲁⲁϥ 7 ⲫⲁⲁϥⲥⲁⲱⲓ Quia loquetur.

In verbis præſentis temporis habet ⲉϥ. vti ⲉϥⲥⲁⲱⲓ ipſe loquens eſt, ſeu loquitur.

Diuiſio 4.

Quarta litera **K** indicat ſecundam perſonam præſentem maſculinam, hoc eſt affixum *ſuus*. habetque ſigna 14. Ac primò in nominibus 3 ſigna habet. vt ſequitur.

ⲡⲉⲕ 1 ⲡⲉⲕⲟⲥ Dominus tuus m.
ⲛⲉⲕ 2 ⲛⲉⲕⲟⲥ Domini tui m.
ⲧⲉⲕ 3 ⲧⲉⲕⲟⲥ Dominna tua f.

In

In verbis præteriti temporis habet 3 ſigna.

ⲁⲕ 1 ⲁⲕⲥⲁϫⲓ Loquebaris ſeu locutus es.
ⲉⲧⲁⲕ 2 ⲉⲧⲁⲕⲥⲁϫⲓ Quando locutus es.
ⲛⲁⲕ 3 ⲛⲁⲕⲥⲁϫⲓ cum locutus eras vel loquebaris.

In verbis futuri temporis habet 7 ſigna, vti ſequitur.

ⲉⲕⲉ 1 ⲉⲕⲉⲥⲁϫⲓ Loquêris.
ⲉⲕⲡⲁ 2 ⲉⲕⲡⲁⲥⲁϫⲓ Velis loqui.
ⲉⲩⲣⲉⲕ 3 ⲉⲩⲣⲉⲕⲥⲁϫⲓ Vt loquaris.
ⲓⲧⲉⲕ 4 ⲓⲧⲉⲕⲥⲁϫⲓ Vt loquaris.
ⲗⲗⲁⲣⲉⲕ 5 ⲗⲗⲁⲣⲉⲕⲥⲁϫⲓ Loquêris.
ⲉⲧⲉⲕ 6 ⲉⲧⲉⲕⲥⲁϫⲓ Qui loquêris.
ⲫⲁⲕ 7 ⲫⲁⲕⲥⲁϫⲓ Quia loquêris.

In verbis verò præſentis temporis habet tantùm ſignum ⲉⲕ vt ⲉⲕⲥⲁϫⲓ loquens tu es, ſeu loqueris.

Diuiſio 5.

5 C Indicat perſonam fæmininam abſentem, habetq; ſigna 14. In nominibus quidem vt ſequitur.

ⲡⲉⲥ 1 ⲡⲉⲥⲟⲩ Dominus eius fæm:
ⲛⲉⲥ 2 ⲛⲉⲥⲟⲩ Domini eius fæm:
ϯⲉⲥ 3 ϯⲛⲉⲥⲟⲩ Dominæ eius.

Inverbis præteriti tẽporis habet 3 ſigna. ſuntq; ſequẽtia.

ⲁⲥ 1 ⲁⲥⲥⲁϫⲓ Locuta eſt vel loquebatur.
ⲉⲧⲁⲥ 2 ⲉⲧⲁⲥⲥⲁϫⲓ Quando locuta eſt.
ⲛⲁⲥ 3 ⲛⲁⲥⲥⲁϫⲓ Locuta fuit vel loquebatur

In verbis futuri temporis habet 7 ſigna vt ſequitur.

Ⲉⲥⲉ	1	ⲉⲥⲉⲥⲁϫⲓ	Loquetur.	
Ⲉⲥⲛⲁ	2	ⲉⲥⲛⲁⲥⲁϫⲓ	Velit loqui.	
Ⲉⲑⲣⲉⲥ	3	ⲉⲑⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Vt loquatur.	
ⲛ̀ⲧⲉⲥ	4	ⲛ̀ⲧⲉⲉⲥⲁϫⲓ	Vt loquatur.	fęm.
Ⲙⲁⲣⲉⲥ	5	ⲙⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Loquatur.	
Ⲉⲧⲉⲥ	6	ⲉⲧⲉⲥⲁϫⲓ	Quæ loquetur.	
Ϣⲁⲥ	7	ϣⲁⲥⲥⲁϫⲓ	Loquatur.	

In verbis præsentis temporis habet ⲉⲥ. vt ⲉⲥⲥⲁϫⲓ ipsa loquitur.

Diuisio 6.

Sextò Literę Ⲉⲣ indicāt 2 personam fæmininam pręsentem, habetque 14 signa. ac in nominibus quidem 3

Ⲡⲉ	1	Ⲡⲉⲟⲥⲓ	Dominus tuus.	)
Ⲛⲉ	2	Ⲛⲉⲟⲥ	Domini tui.	)f.
Ⲧⲉ	3	Ⲧⲉⲟⲥ	Dominæ tuæ.	)

In verbis præteriti temporis habet similiter 3 signa.

Ⲁⲣⲉ	1	ⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Locuta es.
Ⲉⲧⲁⲣⲉ	2	ⲉⲧⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Quando locuta es.
Ⲛⲁⲣⲉ	3	ⲛⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Loquebaris.

In verbis futuri temporis habet 7 signa vt sequitur.

Ⲉⲣⲉ	1	ⲉⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Loqueris.
Ⲉⲣⲛⲁ	2	ⲉⲣⲛⲁⲥⲁϫⲓ	Vt loquaris.
Ⲉⲑⲣⲉ	3	ⲉⲑⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Vt loquaris.
ⲛ̀ⲧⲉ	4	ⲛ̀ⲧⲉⲥⲁϫⲓ	Vt loquaris.
Ⲙⲁⲣⲉ	5	ⲙⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ	Loquaris.

Ⲉⲧⲉ

ⲥⲧⲉ 6 ⲉⲧⲧⲥⲁⲭⲓ Quæ loqueris.
ⲯⲁⲣⲉ 7 ⲯⲁⲣⲉⲥⲁⲭⲓ Loqueris.

In verbis temporis præsentis habet signum ⲥⲣ vt ⲉⲣⲥⲁⲭⲓ loqueris fæm:

Diuisio 7.

Septimò. Hæ literæ ⲟⲩ ⲁⲩ significant nomina pluralia absentia, siue affixum 3 personæ. ac in nominibus primò 3 signa habet.

ⲡⲟⲩ 1 ⲡⲟⲩⲟⲥ Dominus eorum.
ⲛⲟⲩ 2 ⲛⲟⲩⲟⲥ Domini eorum.
ⲧⲟⲩ 3 ⲧⲟⲩⲟⲥ Dominæ eorum.

In verbis futuri temporis habet signa 3 vti sequitur.

ⲁⲟⲩ 1 ⲁⲩⲥⲁⲭⲓ (Loquebantur (vel locuti sunt.
ⲥⲧⲁⲩ 2 ⲥⲧⲁⲩⲥⲁⲭⲓ Quando locuti sunt.
ⲛⲁⲩ 3 ⲛⲁⲩⲥⲁⲭⲓ Locuti fuerunt.

In verbis futuri temporis habet 7 signa.

ⲥⲩⲉ 1 ⲥⲩⲥⲁⲭⲓ Loquentur.
ⲥⲩⲓⲙ 2 ⲥⲩⲓⲙⲥⲁⲭⲓ Volunt loqui.
ⲥⲑⲣⲟⲩ 3 ⲥⲑⲣⲟⲩⲥⲁⲭⲓ Vt loquantur.
ⲛⲧⲟⲩ 4 ⲛⲧⲟⲩⲥⲁⲭⲓ Loquantur.
ⲙⲁⲣⲟⲩ 5 ⲙⲁⲣⲟⲩⲥⲁⲭⲓ Loquantur.
ⲥⲧⲟⲩ 6 ⲥⲧⲟⲩⲥⲁⲭⲓ Qui loquentur.
ⲯⲁⲩ 7 ⲯⲁⲩⲥⲁⲭⲓ Loquentur.

In verbis præsẽtis tẽporis habet signũ ⲥⲩ vt ⲥⲩⲥⲁⲭⲓ loquuntur.

Diuiſio 8.

Ⲧⲉⲛ, demum indicat ſecundam perſonam pluralem, habetque ſigna 14. In nominibus quidem 3.

Ⲡⲉⲧⲉⲛ	1	Ⲡⲉⲧⲉⲛⲟⲥ	Dominus veſter.
Ⲛⲉⲧⲉⲛ	2	Ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲥ	Domini veſtri.
Ϯⲉⲧⲉⲛ	3	Ϯⲉⲧⲉⲛⲟⲥ	Dominę veſtrę;

In præterito habet totidem ſigna.

Ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	1	Ⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Locuti eſtis.
Ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	2	Ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Quando locuti (eſtis.
Ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	3	Ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquebamini.

In futuro habet ſigna ſeptem ſequentia.

Ⲉⲣⲉⲧⲉⲛ	1	Ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquemini
Ϯⲉⲧⲉⲛ	2	Ϯⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Voletis loqui.
Ⲉⲑⲣⲉⲧⲉⲛ	3	Ⲉⲑⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Vt loquamini.
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛ	2	ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Vt loquamini.
Ⲙⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	4	Ⲙⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Cùm loquamini
Ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ	6	ⲉⲧⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Qui loquemini.
Ϣⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	7	Ϣⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	Loquemini.

In præſenti hoc ſignum habet Ϯⲉⲧⲉⲛ. vt Ϯⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquimini.

Tabel-

Tabella Notarum verbis ad genera, personas, & tempora significanda præfixarum.

		Notæ Pręteriti Perfecti.	*Notæ Pręteriti Imperf:*	*Notæ Particip: præsentis Ind: modi*	*Notæ Futuri:*	*Pronomina correspondentia.*
Singularis num:	1	Ⲛⲁⲓ	Ⲁⲓ	Ⲉⲓ	Ⲉⲓⲉ	Ego
	2	m. Ⲛⲁⲕ F. Ⲛⲁⲣⲉ	m. Ⲁⲕ F. ⲁⲣⲉ	m. ⲉⲕ F. ⲉⲣ	m. ⲉⲕⲉ F. ⲉⲣⲉ	Tu
	3	m. Ⲛⲁϥ F. Ⲛⲁⲥ	m. Ⲁϥ F. ⲁⲥ	m. ⲉϥ F. ⲉⲥ	m. ⲉϥⲉ F. ⲉⲥⲉ	Ille Illa
Pluralis num:	1	Ⲛⲁⲛ	ⲁⲛ	ⲉⲛ	ⲛⲉⲛ	Nos.
	1	Ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ	ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ	ⲉⲣⲉⲧⲉⲛ	Vos.
	3	Ⲛⲁⲩ	ⲁⲩ	ⲉⲩ	ⲉⲩⲉ	Illi. illæ.

Ex hac tabula dicto citiùs disces coniugationem alicuis verbi, quemadmodum in sequntibus exemplis patet. vbi radicibus verborum ⲥⲁϫⲓ dicere. ⲥⲱⲧⲉⲙ audire. ⲧⲱⲃϩ petere. ⲧⲱⲛⲕ surgere. alijsq,; si præfixeris particulas in hac præcedente tabula contentas, totam coniugationem verbi absolueris. Sed hæc omnia praxis & exercitium frequens reddent faciliora.

Paradigma 2.

Præteritum Perfectum.

Singul:		Plural:	
1. Ⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ	Audiui.	1. Ⲛⲁⲛⲥⲱⲧⲉⲙ	audiuimus.
2. Ⲛⲁⲕⲥⲱⲧⲉⲙ	uisti.	2. Ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲱⲧⲉⲙ	distis.
3. Ⲛⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ	diuit.	3. Ⲛⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ	audierunt.

Præteritum Imperfectum.

1. ⲁⲓ	Audiebã.	1. ⲁⲛ	Audiebamus.
2. ⲁⲕ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	diebas.	2. ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	batis.
3. ⲁϥ	Audiebat.	3. ⲁⲩ	Audiebant.

Participium præsens.

1. ⲉⲓ	Audio.	1. ⲉⲛ	Audimus.
2. ⲉⲕ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	Audis.	2. ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	ditis.
3. ⲉϥ	Audit.	3. ⲉⲩ	Audiunt.

Futurum.

1. ⲉⲓⲉ	Audiam.	1. ⲛⲉⲕ	Audiemus.
2. ⲉⲕⲉ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	udies.	2. ⲉⲣⲉⲧⲉⲛ(ⲥⲱⲧⲉⲙ	dietis.
3. ⲉϥ	Audiet.	3. ⲉⲩⲉ	Audient.

Imperat: ⲁⲥⲱⲧⲉⲙ.

Non secus alia verba ⲧⲱⲛⲕ surgere. ⲱⲣⲕ adiurare. ⲧⲱⲃϩ petere. coniugabis.

Quare dũo tantùm hîc proposuisse sufficiat.

Para-

Paradigma coniugationis verbi iuxta communem Orientalium rationem.

Præteritum perfectum.

	Singul:	Plural:
1	ⲡⲁⲓⲥⲁϫⲓ locutus fui.	ⲡⲁⲛⲥⲁϫⲓ locuti fuimus.
2	ⲡⲁⲕⲥⲁϫⲓ locutus fuisti.	ⲡⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ locuti fuistis.
	ⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ fæm:	
3	ⲡⲁϥⲥⲁϫⲓ locutus fuit.	ⲡⲁⲩⲥⲁϫⲓ locuti fuerunt.
	ⲁⲥⲥⲁϫⲓ fæm:	

Præteritum Imperfectum.

1	ⲁⲓⲥⲁϫⲓ loquebar.	ⲁⲛⲥⲁϫⲓ loquebamur.
2	ⲁⲕⲥⲁϫⲓ loquebaris.	ⲁⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquebamini.
	ⲁⲣⲉⲥⲁϫⲓ fæm:	
3	ⲁϥⲥⲁϫⲓ loquebatur.	ⲁⲩⲥⲁϫⲓ loquebantur.
	ⲁⲥⲥⲁϫⲓ fæm:	

Participium præsens Indicatiui modi.

1	ⲉⲓⲥⲁϫⲓ Ego loquor.	ⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquimur.
2	ⲉⲕⲥⲁϫⲓ tu loqueris.	ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquimini.
	ⲉⲣⲥⲁϫⲓ fæm:	
3	ⲉϥⲥⲁϫⲓ loquitur ipse	ⲉⲩⲥⲁϫⲓ loquuntur.
	ⲉⲥⲥⲁϫⲓ fæm:	

Futurum.

1	ⲉⲓⲉⲥⲁϫⲓ loquar.	ⲛⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquemur.
2	ⲉⲕⲉⲥⲁϫⲓ loqueris.	ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ loquimini.
	ⲉⲣⲉⲥⲁϫⲓ fæm:	

ⲉϥⲉ-

3 ⲉϥⲉⲥⲁϫⲓ loquetur. ⲉⲩⲉⲥⲁϫⲓ loquentur
ⲉⲥⲥⲁϫⲓ fæm:

Imperatiuus.

ⲁϫⲟⲥ. Loquere, loquere fæm: loquimini. Semper manet inuariabilis, ſolum plurale cognoſcitur ex adiunctis vti ſuprà dictum eſt.

De Imperatiuo.

Nota in verbis aliquando tempora eſſe ſine dictis ſignis, quemadmodum in Imperatiuo vt ſequitur.

ⲧⲱⲛ̀ⲕ	ſurge maſc:
ⲧⲱⲟⲩⲛⲓ	ſurge fæm:
ⲧⲱⲟⲩⲛⲟⲩ	ſurgite com:
ⲙⲁϣⲉⲛⲁⲕ	abi M.
ⲙⲁϣⲉⲛⲉ	abi F.
ⲙⲁϣⲉⲛⲱⲧⲉⲛ	abite C.

ⲁⲙⲟⲩ veni m. ⲁⲙⲏ veni f. ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ venite.

Aliquãdo sũt ſine ſignis & illud eſt omne verbũ actiuũ.

	m.	f.	com:
ⲟⲩⲱⲙ	ede	ede	edite.
ⲥⲱ	bibe	bibe	bibite.
ⲁⲣⲉϩ	ſerua	ſerua	ſeruate.
ϭⲓ	accipe	accipe	accipite.
ϯ	da	da	date
ⲙⲟϣⲓ	ambula	ambula	ambulate.
ⲁϫⲟⲥ	dic	dic	dicite.

ⲁⲛⲁⲩ

ⲁⲛⲁⲩ vide vide videte.
ⲥⲱⲧⲉⲓ audi audi audite.
ⲁⲣⲓ fac fac facite

Et hæc signa.

ⲥⲱⲧⲉⲓⲧⲁⲩⲉⲣⲓ audi ô filia.
ⲥⲱⲧⲉⲓⲛⲉⲩⲛⲟⲥ id est audite ô populi.
ⲥⲱⲧⲉⲓⲙⲁⲩⲏⲣⲓ audi ô fili.

De particula negatiua in Imperatiuo vsurpanda.

Coptitę prohibitionē indicãtes, Imperatiuo proponũt particulam negatiuam ⲙⲡⲉ ne. non. vt V. G. ⲙⲡⲉⲣⲟⲧⲱⲓ لا تاكل ne comedas. ⲙⲡⲉⲣⲁⲣⲓ ne facias.

Aliquando particula non vsurpatur tantùm in Imperatiuo, sed in reliquis modis, & personis. vt in futuro seu coniunctiuo. præfixa hac particula ⲙⲛ. non. vt

ⲙⲛⲁⲣⲟⲧⲱⲓ ne comedam. ⲙⲛⲥⲱ ne bibã.
ⲙⲛⲉⲕⲣⲟⲧⲱⲓ ne comedas. ⲙⲛⲉⲕⲥⲱ ne bibas.
ⲙⲛⲟⲩⲣⲟⲧⲱⲓ ne comedant. ⲙⲛⲟⲩⲥⲱ ne bibãt.

Sunt quoque AEgyptijs tot diuersæ particulæ negatiuæ, quot diuersæ sunt literæ mutantes significationem rerum in numero & persona. quarum quidem suprà 8 numerauimus, quibus singulis respondent singulæ particulæ negatiuæ sequentes. ⲙⲡⲓ non ego. ⲙⲡⲛ nõ nos. ⲙⲡⲥ non ille. ⲙⲡⲏⲕ non tu. ⲙⲡⲥ non illa. f. ⲙⲡⲧ non tu f. ⲙⲡⲟⲩ non illi. ⲙⲡⲧⲉⲧⲛ non vos.

Exemplum.

ⲙⲡⲓⲥⲁⲕⲉ non loquar. ⲙⲡⲥⲥⲁⲕⲉ non loquatur f.

ⲉⲉⲛⲧⲉⲛⲥⲁϫⲓ	non	loquamur.
ⲉⲉⲛⲧⲉⲩⲥⲁϫⲓ		loquantur.
ⲉⲉⲛⲧⲉⲕⲥⲁϫⲓ		loquaris.
ⲉⲉⲛⲧⲟⲩⲥⲁϫⲓ		loquamini.
ⲉⲉⲛⲧⲉϥⲉⲛⲥⲁϫⲓ		loquãtur.
ⲉⲉⲛⲧⲉⲥⲁϫⲓ		loquaris tu f.

Ex quibus colliges mutationem nullam in ipso verbo ⲥⲁϫⲓ, fieri, sed in particula negatiua idem significante. quam rem si benè perceperis, magnam quoque partem difficultatis Grammaticæ Coptæ superaueris. Sed de his pluribus, suo loco.

CAPVT VI.

De affixorum ratione.

Quemadmodum apud omnes Oriẽtales, vti Hebræos, Syros, Chaldæos, Arabas, AEthiopas, pronomina possessiua, non sicut apud nos indicãtur, per separata pronomina; sed per particulas quasdam, quas, quia nominibus & verbis affigi solẽt in fine, affixa dicuntur; sic & AEgyptij, particulis quibusdã vtuntur, quę nominibus & verbis adnexę, affixorum rationem obtinent. Sũtq; duplices vti sequitur.

ⲉⲣⲓ	1 pers. sing: com:		ⲉⲉⲙⲟⲓ	me.
ⲉⲣⲟⲛ	1 pers: plur: com:		ⲉⲉⲙⲟⲛ	nos.
ⲉⲣⲟϥ	3 pers. sing: mas.		ⲉⲉⲙⲟϥ	illum eũ
ⲉⲣⲟⲕ	2 pers: sing: mas.		ⲉⲉⲙⲟⲕ	te
ⲉⲣⲟⲥ	3 pers: sing: fæm.		ⲉⲉⲙⲟⲥ	illã eam.

ⲉⲣⲟ	2	perſ: ſiug: fęm.	ⲁⲁⲁⲟ te.
ⲉⲣⲱⲟⲩ	3	perſ: plur: com.	ⲁⲁⲁⲱⲟⲩ illos eos.
ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ	2	perſ: plur:	ⲁⲁⲁⲱⲧⲉⲛ vos

Exemplum in verbo ⲁϥⲡⲁⲩ vidit.

Præteritum perfectum.

ⲁϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟⲓ		Vidit me.
ⲉⲧⲁϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟⲕ	hoc eſt.	Cum vidit te
ⲡⲁϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟ		Vidit te. fæm:

Futurum.

ⲉϥⲉⲡⲁⲩⲉⲣⲱⲟⲩ	Videbit eos.
ⲉϥⲡⲁⲡⲁⲩⲉⲣⲱⲧⲉⲛ	Videbo vos,
ⲉⲩⲣⲉϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟ	Vt videat te.
ⲛⲧⲉϥⲡⲁⲩⲉⲣⲓ	Vt videat me.
ⲁⲁⲣⲉϥⲡⲁⲩⲉⲣⲱⲟⲩ	Videat eos.
ⲉⲧⲉϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟϥ	Qui vidit eum.
ⲥⲩⲁϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟⲛ	Cum vidit nos.

In preſenti ⲉϥⲡⲁⲩⲉⲣⲟϥ, videt eũ. In Imperati- ⲁⲡⲁⲩⲉⲣⲟϥ vide eum. ⲁⲡⲁⲩⲉⲣⲟⲓ videme. & ſic de cæteris. Demum ne quiquam Grammaticæ noſtræ Coptæ deeſſet viſum eſt hoc loco ſubiungere tabulam quandam compendioſam in qua quicquid hucuſque dictum eſt veluti in anacephaleoſi quadm contineretur. Vſus eius iſte eſt. data radice verbi quære tempus, perſonam, genus, numerum à dextra. & poſſeſſiua moduſque & tempora in calce tabulæ & angulus communis dabit affixum radici addendum.

Syno-

Synopsis Literarum & signorum earundem, quibus

Signa	1	2	3	4	5	6	7
1	ⲁ	ⲙⲁ	ⲛⲁ	ⲧⲁ	ⲁⲓ	ⲉⲧⲁⲓ	ⲙⲁⲓ	ⲉⲓⲉ
2	ⲕ	ⲙⲉⲕ	ⲛⲉⲕ	ⲧⲉⲕ	ⲁⲕ	ⲉⲧⲁⲕ	ⲙⲁⲕ	ⲉⲕⲉ
3	ⲫ	ⲙⲉⲫ	ⲛⲉⲫ	ⲧⲉⲫ	ⲁⲫ	ⲉⲧⲁⲫ	ⲙⲁⲫ	ⲉⲫⲉ
4	ⲉⲣ	ⲙⲉ	ⲛⲉ	ⲧⲉ	ⲁⲣⲉ	ⲉⲧⲁ ⲣⲉ	ⲙⲁⲣⲉ	ⲉⲣⲉ
5	ⲥ	ⲙⲉⲥ	ⲛⲉⲥ	ⲧⲉⲥ	ⲁⲥ	ⲉⲧⲁⲥ	ⲙⲁⲥ	ⲉⲥⲉ
6	ⲛ	ⲙⲉⲛ	ⲛⲉⲛ	ⲧⲉⲛ	ⲁⲛ	ⲉⲧⲁⲛ	ⲙⲁⲛ	ⲉⲛⲉ
7	ⲉⲣ ⲧⲉⲛ	ⲙⲉ ⲧⲉⲛ	ⲛⲉ ⲧⲉⲛ	ⲧⲉ ⲧⲉⲛ	ⲁⲣⲉ ⲧⲉⲛ	ⲉⲧⲁ ⲣⲉ ⲧⲉⲛ	ⲙⲁⲣⲉ ⲧⲉⲛ	ⲉⲣⲉ ⲧⲉⲛ
8	ⲁⲩ ⲟⲩ	ⲙⲟⲩ	ⲛⲟⲩ	ⲧⲟⲩ	ⲁⲩ	ⲉⲧⲁⲩ	ⲙⲁⲩ	ⲉⲩⲉ
Valor Signorum Literæ.	affixa m. sing. ⲡ	affixa plur. ⲛ	affixa Fam: ⲟ	Imperf: ⲁ	Optat: Conjun: ⲉⲧⲁ	Præter: Perfect: ⲙⲁ	Futur: ⲉ ⲉⲓ
	Pro Nominibus			Pro præterito verborum			

ⲉⲙⲁ

Coptitæ vtuntur in Nominum & Verb: inflexione.

8	9	10	11	12	13	14	15	
ⲉⲓⲛⲁ	ⲉⲃⲣⲓ	ⲁⲛⲧⲁ	ⲙⲁ ⲣⲓ	ⲉⲧ	ⲉⲓ	ⲧⲛⲁ	maſ:	1 pſ:
ⲉⲕ ⲛⲁ	ⲉⲃ// ⲣⲉⲕ	ⲁⲛⲧⲉⲕ	ⲙⲁ ⲣⲉⲕ	ⲉⲧⲉⲕ	ⲉⲕ	ⲥⲩⲁⲕ	maſ:	2 pſ:
ⲉϥ ⲛⲁ	ⲉⲃ// ⲣⲉϥ	ⲁⲛⲧⲉϥ	ⲙⲁ ⲣⲉϥ	ⲉⲧⲉϥ	ⲉϥ	ⲥⲩⲁϥ	maſ:	3 pſ:
ⲉⲣ ⲛⲁ	ⲉⲃⲣⲉ	ⲁⲛⲧⲉ	ⲙⲁ ⲣⲉ	ⲉⲧⲉ	ⲉⲣ	ⲥⲩⲁ ⲣⲉ	Fæm.	2 pſ:
ⲉⲥ ⲛⲁ	ⲉⲃ// ⲣⲉⲥ	ⲁⲛⲧⲉⲥ	ⲙⲁ ⲣⲉⲥ	ⲉⲧⲉⲥ	ⲉⲥ	ⲥⲩⲁⲥ	Fæm.	3 pſ:
ⲉⲛ ⲛⲁ	ⲉⲛ// ⲣⲉⲛ	ⲁⲛⲧⲉⲛ	ⲙⲁ ⲣⲉⲛ	ⲉⲧⲉⲛ	ⲉⲛ	ⲥⲩⲁⲛ	Com. plur.	3 pſ:
ⲧⲉ ⲧⲉⲛ	ⲉⲃⲣⲉ ⲧⲉⲛ	ⲁⲛⲧⲉ ⲧⲉⲛ	ⲙⲁ ⲣⲉ ⲧⲉⲛ	ⲉⲧⲉ ⲧⲉⲛ	ⲧⲉ ⲧⲉⲛ	ⲥⲩⲁ ⲣⲉ ⲧⲉⲛ	Com. plur.	1 pſ:
ⲉⲩ ⲛⲁ	ⲉⲃ// ⲣⲟⲩ	ⲁⲛⲧⲟⲩ	ⲙⲁ ⲣⲟⲩ	ⲉⲧⲟⲩ	ⲉⲩ	ⲥⲩⲁⲩ	Com. plur.	3 pſ:
Volo	Vt	Quod	Qui	Cum	Præſens			
ⲉ ⲛⲁ	ⲉⲃⲣ	ⲁⲛⲧ	ⲙⲁⲣ	ⲉⲧ	ⲉ	ⲥⲩ		

Pro Futuro verborum | Pro preſ:

SECTIO VI.

De Aduerbijs vlijsque particulis Coptitis vsitatis

CAPVT I.

Numerant Coptitæ quamplurima huiusmodi particularum genera penes varias earum significationes & constructiones. Potissima quidem hæc sunt.

ⲅⲁⲣ	Nam, enim.	ϩⲟⲛⲧⲱⲥ	Adhuc, si.
ⲁⲗⲗⲁ	Sed.	ⲉⲩⲱⲙⲛ	Cum, quãdo, (quia, ecce.
ⲡⲗⲏⲛ	Vt, sed, verũtamẽ.		
ⲉϫⲉⲛ	Super, supra, con- (tra, à, ab, ex, pro, de.	ⲉⲧϩⲏ	Coram, ante.
		ⲉⲫⲁϩⲟⲩ	Retro.
ⲉⲩⲁ	Vsq;, dum, donec.	ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ	Post.
ⲉ	Vsq;, dum, donec.	ϩⲁⲛϫⲉⲛ	Ante
ϩⲉⲛ	In	ⲉϩⲣⲏⲓ	Infra
ⲉⲃⲟⲗϩⲉⲛ	In, de, á, ex.	ⲉⲡⲉⲩⲱⲓ	Supra.
ϫⲱⲣⲓⲥ	Præter, nisi.	ⲛϩⲣⲏⲓ	In.
ⲙⲙⲉⲛϥ	Præter, nisi	ⲏⲣⲏⲓ	In.
ⲡⲱⲥ	Quomodo, qualiter.	ⲉϩⲣⲏⲓ	Supra.
ⲓϫⲉⲛ	E, ex.	ⲟⲩⲇⲉ	Et non.
ⲓⲭⲉ	Quod, sanè, quasi.	ⲟⲩⲧⲉ	Inter.
ϩⲓⲛⲁ	Vt.	ⲁⲉ	Et.
ϫⲁⲥ	Ne.	ⲉⲡⲓⲁⲏ	Quoniã, quia.
ⲙⲏⲡⲱⲥ	Ne?	ϩⲟⲧⲉ	Ne forte.

ⲉⲃⲏⲧ

ⲉⲑⲃⲉ	Non, quando.	ⲙⲏ)	
ⲁⲛ	Ne, Vtrum.	ⲟⲩ)	Nonne, non.
ϩⲟⲧⲁ	Ne forte.	ϣⲁⲛ)	
ⲁϣⲱⲡ	Quasi.	ⲁⲩⲛⲣ	Quomodo.
ⲟⲛ	Etiam.	ⲕⲁⲧⲁ	à, ab, apud.
ⲕⲉ	Etiam.	ϩⲟⲥ	Etiamsi.
ⲉⲃⲟⲗ	De, à, ex.	ⲛⲁϣⲱⲡ	Fuit, est, non
ϫⲉ	Quoniã, quia.		(manet.
ⲫⲏ	Qui sing:	ⲛⲁ, ⲛⲉ.	Idem.
ⲛⲏ	Qui plur:	ⲁϥⲉⲣ	Fit, existit
ⲑⲏ	Quæ sing:		(factum est.
ⲛⲁⲓ	Quæ plur:	ⲱⲣⲕ. ϣⲉ	Partic: inrandi.
ⲑⲁⲓ	Hic, ille.	ⲁϩⲁ. ⲥⲉ	Ita, maximè,
ⲫⲁⲓ	Hic, ille.		(ecce.
ⲛ̀ⲑⲟϥ	Ille, ipse iste.	ⲙ̀ⲡⲉⲣ)	
ⲛ̀ⲑⲟⲕ	Tu mas:	ⲙ̀ⲡⲉ)Non, ne,	
ⲛ̀ⲑⲟ	Tu fæm:	ⲙⲫⲱⲣ) haud, nondum	
ⲛ̀ⲑⲟⲧⲉⲛ	Vos.	ⲙⲡⲉ)	
ⲛ̀ⲑⲟⲥ	Illa.	ⲛⲁ ô. quando. inplur:	
ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ	Illi.	ⲱ̅ & ϩⲱ̅ⲓ	Qando fæ-
ⲁⲛⲟⲛ	Nos.		(mina vocatur.
ⲁⲛⲟⲕ	Ego.		

Cap:

CAPVT II.

De Numeris Coptitarum.

Ⲙⲟⲛⲁ	Vnum	Ⲁ̅	1
Ⲇⲓⲟ	Duo	Ⲃ̅	2
Ⲧⲣⲓⲁ	Tria	Ⲅ̅	3
Ⲑⲉⲓⲥⲥⲁⲣⲁ	Quatuor	Ⲇ̅	4
Ⲫⲉⲛⲧⲉ	Quinque	Ⲉ̅	5
Ⲉⲝ	Sex	Ⲋ̅	6
Ⲉⲫⲑⲁⲓ	Septem	Ⲍ̅	7
Ⲟⲕⲑⲉ	Octo	Ⲏ̅	8
Ⲉⲛⲓⲁ	Nouem	Ⲑ̅	9
Ⲇⲉⲕⲏ	Decem	Ⲓ̅	10
Ⲉⲛⲧⲉⲕⲟ	Vndecim	Ⲁ̅ⲓ	11
Ⲇⲟⲇⲉⲕⲟ	Duodecim	Ⲃ̅ⲓ	12
Ⲇⲉⲕⲁⲧⲣⲓⲁ	Tredecim	Ⲅ̅ⲓ	13
Ⲇⲉⲕⲁⲑⲉⲓⲥⲥⲁⲣⲁ	Quatuordecim	Ⲇ̅ⲓ	14
Ⲇⲉⲕⲁⲫⲉⲛⲧⲉ	Quindecim	Ⲉ̅ⲓ	15
Ⲇⲁⲕⲁⲉⲝ	Sexdecim	Ⲋ̅ⲓ	16

Ⲇⲉⲕⲁ

ⲇⲉⲕⲁⲉⲫⲑⲉ	Septendecim	ⲍ̅ⲓ	17
ⲇⲉⲕⲁⲟⲕⲑⲉ	Octodecim	ⲏ̅ⲓ	18
ⲇⲉⲕⲁⲉⲛⲓⲁ	Nouendecim	ⲑ̅ⲓ	19
ⲓⲕⲟⲥⲓ	Viginti	ⲕ̅	20
ⲓⲕⲟⲥⲓ ⲙⲟⲛⲁ	Viginti Vnum	ⲕ̅ⲓ	21
ⲓⲕⲟⲥⲓ ⲇⲓⲟ	Viginti duo	ⲕ̅ⲃ̅	22
ⲓⲕⲟⲥ ⲧⲣⲓⲁ	Viginti tria	ⲕ̅ⲅ̅	23
ⲓⲕⲟⲥⲓⲑⲉⲓⲥⲥⲁⲣⲁ	Viginti quatuor	ⲕ̅ⲇ	24

Et sic de cæteris vsque ad 30.

ⲇⲣⲓⲁⲛⲧⲉ	Triginta	ⲗ̅	30
ⲥⲉⲣⲁⲛⲧⲉ	Quadraginta	ⲙ̅	40
ⲡⲉⲛⲧⲓⲛⲧⲉ	Quinquaginta	ⲛ̅	50
ⲉⲝⲓⲛⲧⲉ	Sexaginta	ⲝ̅	60
ⲉⲡⲧⲁⲙⲓⲛⲧⲉ	Septuaginta	ⲟ̅	70
ⲟⲕⲇⲉⲓⲛⲧⲉ	Octoginta	ⲡ̅	80
ⲉⲛⲉⲛⲓⲛⲧⲉ	Nonaginta	ϥ̅	90
ⲉⲕⲁⲧⲟⲛ	Centum	ⲣ̅	100
ⲇⲓⲁⲕⲟⲥⲉ	Ducenta	ⲥ̅	200

ⲇⲓ

Διακοσε	$\overline{\gamma}$	200
Τετρακοσι	$\overline{\upsilon}$	400
Πεντακοσε	$\overline{\phi}$	500
Εξακοσε	$\overline{\chi}$	600
Επτακοσε	$\overline{\psi}$	700
Οκτακοσε	$\overline{\omega}$	800
Εννακοσε	$\overline{\vartheta}$	900
Χιλιε	α'	1000
χιλιε δισ	β'	2000
& sic vsque ad 1000.		
Δεκα χιλιε	$\iota\alpha'$	10000
Εικοσι χιλιε	$\kappa\alpha'$	20000
Vsque ad 100000		
Εκατον χιλιε	$\rho\alpha'$	100000
Διακοσε χιλιε	$\sigma\alpha'$	200000
Vsque ad millena millia.		
Χιλιε χιλια	$\alpha\alpha''$	1000000
Δισ χιλιε χιλια	$\beta\alpha\alpha''$	2000000
Χιλιε χιλιε χιλιε	$\alpha\alpha\alpha'''$	1000000000
& sic in infinitũ deinceps.		

Atque

Atq; hos quidem numeros Coptitæ à Græcis mutuati sunt. Porrò præter hos alios numeros habent, qui ipsis proprij sunt vt sequitur.

Numerandi ratio propria Coptitis.

1 2 3 4 5 6 7
Ⲟⲩⲁⲓ. ⲥⲛⲁⲩ. ϣⲟⲙ. ϥⲧⲱⲟⲩ. ⲧⲓⲟⲩ. ⲥⲟⲟⲩ. ϣⲁϣϥ.
8 9 10 20 30 40 50
ϣⲙⲏϩ. ⲯⲓⲧ. ⲙⲉⲧ. ⲭⲱⲧ. ⲙⲁⲡ. ϩⲙⲉ. ⲧⲁⲓⲟⲛ.
60 70 80 90 100 200 300 400
ⲥⲉ. ϣⲃⲉ. ϧⲙⲛⲉ. ⲡⲓⲥⲧⲁⲩ. ϣⲉ. ⲃϣⲉ. Ⲅϣⲉ. &c. Ⲇϣⲉ.
1000 2000
ϣⲟ. ⲃϣⲟ.

CAPVT. III.

De Computu Ecclesiastico Coptitarum.

Habent Coptitæ menses duodecim & vnum intercalarē, de quibus sic legitur in ipsorū libris.

Ⲛⲓⲁⲃⲟⲙⲙⲉⲧⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ⲓⲃ ⲓⲡⲉⲛⲧⲉⲡⲧⲉⲩⲧⲉⲣⲟⲛ Ⲡⲉϩⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲡⲟⲥⲓⲥⲕⲁⲇ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲧⲁⲣⲭⲏⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ϯϩⲟⲩⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ. Hoc est *menses Coptici duodecim, quorū decimus tertius Nisi, qui consurgit ex quinque dierum intercalatione, singulis 4 annis facta. &c.* Residuos verò 5 dies intercalares seu ἐπαγομένας vel etiam Nisi ob serpentis caudam mordentis eos exprimentis hieroglyphicum symbolum vocant; vti Onomasticum ostendit.

سنتهم ثلثماية وخمسة سنين يومًا
خامس النسى يوم الكيس فى كل اربع سنين بدو السنة

النوروز

النوروز وهي لفظه فارسيه.

Hoc eſt annus eorum 365 dies continet. 5 dies Niſi ſingulis 4 annis intercalantur initio anni Nuruz &c. Quid Niſi ſit ſupra c. 4. Prodromi vidimus; & paulò ante quoque innuimus. Quid *Nuruz* ſibi velit paulò poſt explicamus.

Sciendum igitur quod quemadmodum AEgyptij annum ſuum *Caniculárem* vocabant, qui ex 4 ſimplicibus. & die aduentitio conſtabat. Ita etiam Perſæ Veteres ſuum quadriennium نوروز *Neuruz* vocabant. *Neuruz* enim illis eſt initium veris, quod ad verbũ eſt nouus dies, quaſi diceres νεημερίαν. Nam vt AEgyptij ortum Caniculæ propter quem Nili incrementa fiebant, obſeruarunt, ita etiam Perſæ ad hunc vſque diem principia veris non ſolum temporum ciuilium epocham, & titulum ſtatuunt; ſed etiam epulis & pompa proſequuntur. vt teſtatur Fernandus Lopez l. Ind: rer: c. 46. Hodie verò illud nomen *Neuruz* non apud Perſas ſolũm plurimum eſt in ore; ſed etiam apud alias nationes, adeò vt Turcę annum ſolarem نوروز *Neuruz* vocent. Et cum ætatem alicuius indicare volunt, tot *Neuruz* dicunt eum habere, quot annos natus eſt. Perſæ itaque annum ſuum *Neuruz* vocabant, vt AEgyptij Canicularem. Quin etiam vt AEgyptij ἐνιαυτὸν Θεοῦ, ſic illi سال خودای *Saal chodai, annum Dei ſeu Solis.* Vnde periodum annorum Solarium in ἀφετικοῖς vitæ humanæ Aſtrologi vocant Salchodai. Sed hoc differebant AEgyptij à Perſis & Chaldæis, quod illi ſuo Thoth habenas permitterent, neque intercalarent. Nam quot dies erant à nouilunio Thoth primi, tot quadriennia, & annos

cani-

caniculares, ſiue ἐνιαυτοὺς Θεοῦ, numerabant. Chaldæi verò & Perſæ, quia ſinguli dies vnius menſis appellationibus Heroum aut Regum cognominabantur, primùm quadriennium nomine primi diei vocabant. ſecundum, nomine ſecundi; de quibus omnibus volente Deo vberiùs in 3 p. Oedipi noſtri AEgyptiaci. Nunc ad Coptum computum reuertamur.

AEram itaq; annorum ſuorum, vt in Prodromo dixi, Coptitæ ſtatuunt primum Diocletiani annum. cuius initium imperij incidit iuxta Theonis epilogiſmos in annũ Actiacæ victoriæ Auguſtalem, qua epocha hactenus ad tempora AEgyptij vſi fuerant, quo tempore Iudaicæ periodi annus agebatur 4997. cyclus Solaris Actiaci V. Et quãuis cõſummatio Martyrij Coptici contigerit 19 anno Diocletiani; æra tamen martyrum nequaquam conſurgit ex hoc anno, ſed ex primo. vt diximus. cuius illa ratio videtur eſſe, quia non AEgyptij ſolùm, ſed & Romani quoque hac æra Diocletiani vtebantur. Ne igitur à Romanorum & AEgyptiorum æra recederent, eandem æram vſitatam retinuerunt, quam & Martyrum dixerunt, Romani verò ſub Conſtantino dictam Diocletiani æram in Indictionum epocham verterunt. Annos porrò ab hac æra Martyrum reuolutos, in cyclos quoſdam diſpeſcunt, quos ipſi, cum Latinis vocant ⲡⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲣⲏ id eſt *Cyclus Solis*. Quorum ſubſidio menſem paſchalem inquirunt. vt ſuo loco docebimus. Habent præterea Coptitæ Chriſtiani ſua feſta ſeu ſolennia, per totius anni decurſum celebranda, ſuntque ſequentia.

البشرة Hoc est Annunciatio . 25 Martij seu vltimo Pharmuthi.

المولد Natalis Scilicet D N. I. CH. 25 Dec: 28 Ⲁⲑⲱⲣ seu Athyr.

الجميع Epiphania . 6 Ian: 24 Ⲧⲱⲃⲓ. vel Thybi.

دخول الرب Introitus Domini seu purificatio B. V. 2 Feb: 6. Ⲙⲉⲭⲓⲣ seu Mechir.

بطرس بولص Petrus Paulus id est Festum Apostolorum Petri & Pauli 29 Iun: 4 Ⲉⲡⲏⲡ Ephebi.

التجلى Reuelatio seu trãsfiguratio Christi 6 Aug: 15 Ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ. Mesori.

الانتقال Translatio seu Assumptio B. V. M. 15 Aug: 7 Ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ

الصليب Crux . dicitur etiam in Calendario Copt: وجود الصليب Inuentio Crucis.

Præter hæc festa celebranda alia non inuenio.

Atque hæc sunt quæ de Computu Copto breuiter dicenda duximus. Qui porrò plura de eorum computandi ratione temporumq; partibus disponẽdis desiderat, adeat Gymnasium Hieroglyphicorũ Oedipi nostri, in eo enim de AEgyptiaco computu fusè & variè tractatũ inueniet.

Ⲡⲓⲉⲡⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲫϯ ⲡⲣⲉϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛⲉⲙ Ⲓⲏⲥ Ⲭⲥ ⲡϣⲓⲣⲓ ⲡⲉϥϣⲓⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲡⲛⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲫϯ ⲫⲏⲉⲑⲙⲏⲛⲉ ⲃⲟⲗ ⲡϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲡⲉⲛⲉϩ Ⲁⲙⲉⲛ.

IDEA

siue

ICHNOGRAPHIA OEDIPI

AEGYPTIACI,

PORRÒ nil modo reſtat, niſi vt eorum, quorum cauſa ad Remp: Literariam Prodromum hunc præmiſimus, ſecuturorum videlicet operum ideam quandam ſeu ἰχνογεαφίαν, vti in Præfatione ad Lectorem polliciti ſumus hoc loco quoque ſubijciamus. Quo præſtito futurum ſpero, vt omnes, qui aliquid de ſimili argumento vel legerint vnquam, vel obſeruatu dignum alibi in quacunque lingua vel facultate id fuerit, notarint; pro cura qua boni communis promotione tanguntur, mecum ea communicare non ſint recuſaturi.

Ac primò quidem ſi Deo Optimo Maximo ita placuerit, Prodromo & Theſauro Arabico-copto-latino, (de cuius diuiſione, vtilitate, & præſtantia ſupra c. 8. fol. 196. & 197. egimus) proximè ſuccedet Oedipus AEgyptiacus opus tripartitum, cuius primam partem *Templum AEgyptiacum*. Alteram *Gymnaſium Hieroglyphicum*. Tertiam denique *Theatrum Hieroglyphicum* notauimus. Verùm huius tripartiti operis Ideam in ſequentibus contemplare.

Oedi-

OEDIPI AEGYPTIACI

PARS I.

TEMPLVM AEGYPTIACVM.

In sex Syntagmata velutiin adyta quædam diuisum in quo origines Idololatriæ, & fontes primæ superstitionis à fundamentis aperiuntur & demonstrantur.

SYNTAGMA I. Δ NILOTICVM

In quo

De situ AEgypti & natura, de Nili origine & incremento, alijsque proprietatibus. Item de Regum AEgyptiorum gestis & politia, de successione à diluuio mundi vsque ad Christi aduentum facta, variè agitur.

Syntagma II. Connubia Deorum.

In quo

De Veterum AEgyptiorum Dijs, primæque Idololatriæ institutione tractatur. in eoque parallela quadam comparatione, omnium Græcorum & Veterum Romanorum Numina non aliunde quàm ab AEgypto promanasse docetur.

Syntagma III. Pantheon Hebræorum.

In quo

De omnibus & singulis Hebræorum Dijs, item de Idololatria, superstitionibus, ritibus, cerimonijs eorundem. Præterea Hebræorum Numinum colo-

nias

nias ex AEgypto primùm traductas esse in Assyriam, præcipuus huius Syntagmatis scopus est, è varijs Auctorum monumentis demonstrare.

Syntagma IV. Simia AEgyptiaca.

Indos, Persas, Sinas, Iaponas, Tartaros, AEthiopas, imò noui Orbis incolas in suis sacrificijs Deorumque cultu, AEgyptiorum ueterum ritus in hunc diem adhuc affectare docet. verbo, de AEgyptiacæ superstitionis per totum mundum facta propagatione.

Syntagma V. Mystagogia AEgyptia.

Quo in multitudine Deorum ac varietate ad mysticas, allegoricas, tropologicas, anagogicasque rationes AEgyptios Sapientes respexisse ex varijs antiquitatum monumentis docetur.

OEDIPI AEGYPTIACI

PARS II.

GYMNASIVM HIEROGLYPHICVM

In sex classes distributum.

In quibus

De omnibus & singulis Veterum AEgyptiorum artibus & scientijs sacris & profanis, veris & superstitiosis, licitis & illicitis tractatur.

Clas

Classis I. Grammaticæ Hieroglyphicæ.

In qua

Varia AEgyptiorũ literatura, philologia, eiusq; ad Hebræorum Cabalã vicinitas, prima deniq; hieroglyphicorũ per parallelam Cabalæ comparationem institutio disquiritur.

II. Classis Physicæ Hieroglyphicæ.

In qua

Occulti naturæ characterismi, singularumque rerum naturalium *signaturæ*, (vt vocant) è quibus hieroglyphicos characteres Veteres formare solebant, explicantur.

III. Classis Medicinæ Hieroglyphicæ.

In qua

Medica ars & varia AEgyptiorum medendi ratio hieroglyphicè repræsentata exponitur; continetque in se scientiam Simplicium; veluti lapidum, plantarum, arborũ, fructuum, seminũ, aromatũ, olerum, animalium, virtutumq. ijs abditarum, occultam & incognitam sciẽtiam pandit.

IV. Classis Mathematicæ Hieroglyphicæ

Continet inse Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astronomiã, Architectonicam, Staticam, Thaumaturgicam, siue de prodigiosis veterum AEgyptiorum machinis, quorũ mysteria sub hierogly phicis latentia eruuntur.

V. Classis Magiæ Hieroglyphicæ.

Discutit vtramque Veterum AEgyptiorum Magiã; quæ continet sub se Chymiam, Imaginum Astrologicarum fabri-

fabricam. Ex omnibus denique rebus naturalibus diuinandi scientiam, item Incantationum, adiurationum, & amuletorum artem ijs propriam, quo tamen argumẽto, ita conabimur procedere, vt impias veterũ superstitiones vnà cũ recentiorũ deliramentis tot iã sacris Canonibus proscriptis euertamus, & funditus extirpemus.

VI. Classis Theologiæ Hieroglyphicæ.

In qua de vera AEgyptiorum Theologia docetur, videlicet de supremo Ente, seu Emepht eiusq; asseclis intelligentijs. Item de Genijs mundi & Dæmonibus; eorumq; varijs classibus & choris. Item de eorum per varias dispositiones attractu. Docetur, autem in hoc Theologiam Platonicam Pythgoricam, Orphicam, Hermeticam, non esse aliud nisi arcanam AEgyptiorum sapientiam Hieroglyphicis symbolis contentam.

OEDIPI AEGYPTIACI

PARS III.

THEATRVM HIEROGLYPHICVM.

In 6. Scenas distributum. In quo quicquid in præcedentibus variè allatum est, ad praxim reducitur; & hieroglyphicis disciplinis comprehendi docetur.

Adytum Isiacum.

In quo Mysteria pyramidum & obeliscorum in genere discutiuntur.

Scena I. Exhibet Obeliscos à Romanis Imperato-

ribus quõdá ex AEgypto in Vrbem delatos, quos voco, Lateranensem, Flamineum, Barberinum, Salustianum Hippodromæum, Medicæum, Palatinum, Mahutæum, eorumque historiam & interpretationem.

Scena II. Mensas & Tabulas, seu Abacos hieroglyphicos adducit, ac primò quidem loco celeberrimam Tabulam, quam Bembinam vocant, eiusq; integram & sinceram interpretationem.

Scena III. Canopos exponit, eorumque historiam, significationes, vsumque fusè deducit.

Scena IV. Sphynges producit, eorumque mysteria & significationes, enodat.

Scena V. Mumias eruit, eorumque historiam, originem & mystica inuolucra explicat.

Scena VI. Statuas Isiacas, aliaque hieroglyphicis insignita monumenta promit.

In quibus quidem omnibus, nihil diuini Numinis adiuuãte gratia asseremus, quod ex omnigenis antiquitatũ monumentis, abditisq; Latinorum, Græcorum, Hebræorum, Syrorum, Arabum, Chaldæorum, AEthiopum, Samaritanorum, Persarum, Indorum, aliorumque archiuijs stabilitum non sit, ac legitima authoritate confirmatum.

Atque hæc est Idea Oedipi nostri cuius primã quidẽ partẽ, omnibus numeris iam absoluimus, in 2 verò & 3 concinnãda tota nostra modo desudat industria. faxit Deus O.M. vt ad nominis sui gloriã, S. Matris Ecclesiæ, vtilitatẽ, totiusq; Reipub. literariæ bonum vnicè, cedat.

Πεniωτ	Pater noſter
ετϧεnnιϥnoτι	qui es in cœlis
ⲙⲁρεϥτⲟτϥ ϧⲟⲓⲛⲉ	ſanctificetur
nεκρⲁⲓ	nomen tuum.
ⲙⲁρεϲⲓⲛⲉτεκⲙⲉτⲟτκρⲟ	adueniat Regnũ tuũ.
nεττⲉϩⲛⲁⲕⲙⲁρεϥϣⲱnι	voluntas tua fiat.
ⲉⲩϩρι†ϧεntϥεnεⲩⲉⲓ	ſicut in cœlo
ϫεnnικⲁⲉⲓ	ita & in terra.
Πεnⲁικⲓⲛτερⲁϲ†	panẽ noſtrũ quotidia-
ⲙнιϥnⲁnⲉⲩϣⲟⲟτ	nũ da nobis hodiè
ⲟⲩⲟⲉϫⲁιnετεροι	& dimitte nobis
nⲁnⲉϧⲟλⲙⲫρι†ⲉⲓ	debita noſtra
ⲓⲛτεnϫⲱⲉϧⲟλ	ſicut & nos dimittim'
ⲓⲛнετⲉ	debitoribus noſtris
ⲟⲩⲟⲟⲩⲙⲉρτⲉnⲉϧⲟτ	& ne nos inducas
ⲉnιρⲁϲⲙⲟⲥ ⲁⲗⲗⲁ nⲁⲉ	in tẽtationẽ ſed libera
ⲙⲉnⲉϧⲟλϧ ⲉnιπⲉτⲉⲩⲱτ	nos à malo

Salutatio Angelica.

Χερⲉⲃн ⲉⲃⲱⲙⲉⲉⲓⲛⲉⲩⲱτ	Aue Maria gratia plena
Πⲟⲥ nⲉⲙ	Dominus tecum.
ⲉτⲉϲⲙⲁρⲱⲟτ ⲛⲁⲁ	Benedicta tu
ϧⲙⲛⲓⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲟⲉ	inter mulieres
ⲭⲉⲙⲁρⲱⲟτ†ⲛϫⲉnⲟτⲥⲉ	& benedict' fructus
ⲛ†ⲉτⲉⲛϫⲓ Iнс	ventris tui Ieſus.

ϯⲁⲅⲓⲁ ⲙⲁⲣⲓⲁ	Sancta Maria
ⲟⲩⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲫϯ	Mater Dei
ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲟⲛ	ora pro nobis
ⲙ̀ⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ	peccatoribus
ϯⲟⲩ ⲛⲟⲛ ⲛⲉⲙ ϧⲉⲛ	nunc & in hora
ⲧⲁϫⲡ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲙⲟⲩ	mortis nostræ

Errata sic corriges.

Fol. 13. l. 9. lege Oraculi pro oraculis.
Fol. 18. l. 13. lege Cap. 8.
Fol. 24. l. 1. تريخ pro تاريخ
Fol. 29. تاريخ
& lin. 32. مبارك
Fol. 47. ad marg. l.
Fol 49. lin. 13. lege ipsa pro ipso.
Fol. 50. lin. 17. incidi, omittatur.
Fol. 50. lin. 20. lege consecratum.
Fol. 61 lin. 7 lege à virtutibus.
Fol. 62. lin. 16. lege quod, pro qaod.
Fol. 79. lin. 3. lege gouerna.
Fol. 87. lin. 23. lege profecto.
Fol. 89. lin. vltima lege quoniam.
Fol. lin. 1. lege hyemis.
Fol. 92. lin. 17. lege מלכות
Fol. 92. lin. 12. ם dele & lege מ
Fol. 65. lin. 12. lege nihil, pro nilhil.
Fol. 101. lin. 20. lege lingua, pro linqua.
Fol. 103. lin. 18. lege igitur, pro ilhitur.
Fol. 111. in nota Marg: leg: Meliapore.
Fol. 111. lin. 13. lege patefacerem
Fol. 113. lin. 5. & 6 leg: infecti ꝑ infesti.
Fol. 114. lin. 4. leg: su pro se
Fol. 115. lin. 9. leg: initiari pro initari.
Ibid: lin. 8. leg: tempore pro tempora.
Fol. 119 lin 4. leg: abūdabāt ꝑ abūdāt.
Ibid: lin. 18. lege certè ipsi
Fol. 124. lin. 20. lege iuxta pro ixta.
Fol. 125. lin. 24 lege אלבסם
Ibid: lin. 4. leg: mutauitq; Pro mutauiq;
Ibid: lin. 13. lege nomen.
Ibid: lin. 14. leg: consentit.
Fol. 127. lin. 13. lege terra pro tera.
Ibid: lin. vltima. leg: lingua ꝑ linquo.
Fol. 131. lin. 7. leg. corruptum.
Fol. 132. lin. 7. lege AEgypti.
Ibid: lin. 12. lege AEgyptia.
Fol. 139. lin. vltima leg: AEthiopicis.
Fol. 140. l. 7. leg: 28. pro 19.
Et lin: 11. 25. pro 26.
Fol. 142. l. 9. leg: significabāt, ꝑ sinificabā
Ibid: lin. 23. lege quasi pro quasi.
Fol. 143. nota marg: 2. leg: caniculæ.
Fol. 144. lin. 23 lege λέγουσιν.
Fol. 115. lin. 1. lege מקים.
Ibid: lin. 13. lege olim postulasse.
Fol. 160. lin. 20. terra pro terram.
Fol. 170. lin. 17. propositu typum.
Fol. 176. lin. vlt: זכרו pro וזכרוי
Fol. 189. lin: 6. lege descripti
Ibid: lin: 12. leg: Mesori ꝑ masori.
Fol. 191. l. penult: leg: scripsit ꝑ scripsi.
Fol. 122. l. 2. leg: sapientis pro sapienis.
Fol. 193. lin: 10. اكثر
Fol. 195. lin: 12. lege nostri pro nosti.
Fol. 233. lin: antepenult leg: terrestres (pro terrestre.
Fol. 364. lin: 1. lege אשית Pro דשית
Fol. 261. lin: antepenult: lege facilia (pro faciliora.
Fol. 300. linea 17. 17. 19 20. lege
ⲡⲣⲱⲙⲓ pro ⲡⲣⲱⲙⲓ

Th
5900